Liter admonendi sunt inopes: atque aliter locupletes. Illis offerre consolationis solatium contra tribulationem: istis vero inferre metum contra elationem debemus. Inopi quippe a domino per prophetam dicitur. *Noli timere quia non confunderis. Cui non longe post blandiens dicit. Pauper cula tempestate conuulsa. Rursumque hanc consolatur dicens. Et te elegi in camino paupertatis. Et contra paulus discipulo de diuitibus dicit. Diuitibus huius seculi precipere non superba sapere neque sperare in incerto diuitiarum suarum. Ubi est valde notandum quod humilitatis doctor: memoriam diuitum faciens: non ait roga sed precipere quia et si impendenda est pietas infirmanti: honor tamen non debetur elationi: talibus ergo rectum quod dicitur: tanto rectius iubetur: quanto et in rebus transitorijs altitudine cogitationi intumescunt. De quibus dominus in euangelio dicit. *Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Quia enim que sunt eterna gaudia nesciunt: ex presentis vite abundantia consolantur. Differenda est igitur eis consolatio quos caminus paupertatis exco-**

quit: atque illis inferendus est timor: quos consolatio glorie temporalis extollit: ut et illi discant quia diuitias que non cupiscunt possident: et isti cognoscant quia eas quas cupiscunt possidere nequaquam possunt. Plerumque enim qualitas personarum permutat ordinem morum: ut sit diues; humilis; pauper elatus. Unde mox predicantis lingua cum audieris vita debet componi: ut tanto districtius in paupere elationem feriat quanto eam nec illata paupertas inclinatur. Et tanto lenius humilitatem diuitum demulceat: quanto eos nec abundantia que subleuat exaltat. Nonnunquam tamen et diues superbus exhortationis blandimento placandus est: quia et plerumque dura vulnera per lenia fomenta molescunt: et insanorum furor sepe medico blandiente reducitur. Cumque eis in dulcedinem descenditur: languor insanie mitigatur. Neque enim negligenter intuendus est quod cum saulem spiritus aduersus innaderet apprehensa dauid cythara eius vesania sedabat. Quid enim per saulem nisi elatio potentium? Et quid per dauid innuitur nisi humilis vita sanctorum? Cum ergo saul ab immundo spiritu arripitur: dauid canente: eius vesania temperatur. Quia consensus potentium per elationem in furorem vertitur: dignum est ut ad salutem mentis: quasi dulcedine cythare locutionis nostre tranquillitate reuocetur.

Tertia pars pastoralis.

Aliquā autē huius seculi potētes cū arguunt: prius p̄ quāsdā similitudines velut de alieno negotio req̄rendi sunt: et cum rectam sententiā quasi in alterum protulerint tunc modis congruentibus de proprio reatu feriēdi sunt ut mens tēporali potētia tumida: cōtra corripientem nequaquā se erigat: q̄ suo sibi iudicio superbie cervicem calcet: et in nulla sui defēsiōe se exerceat quā sententiā proprii oris ligat. Hinc est enim quod nathā propheta arguere regem venerat: et quasi de causa pauperis contra diuitem iudiciū querebat: ut prius rex sententiā suam diceret: et postmodum reatū suum audiret: quatinus nequaquā iustitiē cōtradiceret: quāz in seipso ptulisset. Vir itaq; sanctus et peccatorē considerās et regem miro ordine audacem reum prius p̄ cōfessionē ligare studuit: postmodū p̄ iuēctionē secare. Celauit paululū quod q̄sinit: sed percussit repente quē tenuit. Digrius enim fortasse incidere: si sub ipso sermōis exordio: apte culpā ferire voluisset. Sed premissa similitudine eam quā occultabat exacuit increpationem. Ad egrum medicus venerat: secādū vulnus videbat: sed de patientia dubitabat. Abscondit igitur ferrum medicinale sub veste: quō eductum subito fixit in vulnere: ut secantem gladium sentiret eger anteq̄ cerberet: ne si ante cerberet sentire recusaret. Quō alī admonēdi

sunt tristes: aliter leti. *Cap. xxvij.*

Liter admonēdi sunt leti: atq; aliter tristes. Letis inferenda sunt tristitia que sequuntur ex supplicio. Tristibus vero iterēda sunt leta que sequuntur ex regno. Discāt leti ex minarum asperitate quod timeant. Audiant tristes premioꝝ gaudia de quibus presumant. Illis quippe dicitur. Ne vobis qui ridetis nūc: quoniam flebitis. Isti vero eodem magistro dicente audiant. Iteꝝ videbo vos et gaudebit cor vestrum: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Nonnulli autem leti vel tristes: non rebus fiunt: sed cōplexionibus existunt. Quibus profecto intimandum est: quod quibusdam complexiōibus iuxta sunt quedam vicia. Habent enim leti ex propinquo luxuriā: tristes vero irā. Unde necesse est ut non solum quisq; consideret quod ex complexione sustinet: sed etiaz quod ex vicio deteriorius purget: ne dum nequaquā pugnat: contra hoc quod tollerat: ei quoq; a quo se liberum extimat: vicio succūbat. Quod aliter admonēdi sunt subditi: aliter vero p̄lati.

Cap. xxviii.

Liter admonēdi sunt subditi: atq; aliter p̄lati. Illos ne subiectio conterat: istos ne locus superiorū extollat. Illi ne minus quod iubentur impleāt: isti ne plus iusto iubeāt que compleantur. Illi ut humiliter subiaceāt: isti ut tem-

peranter presint. Nam quod intel-
 licti et figuratim post illis dicitur.
 Filii obedite parentibus vestris
 in domino: illis vero precipitur.
 Et vos patres nolite ad iracundiam
 provocare filios vestros. Illi discant
 quomodo ante occulti arbitri oculo-
 sus sua interiora componant. Illi quo-
 modo commissis sibi: exempla bene vi-
 vendi exterius prebeant. Scire etiam
 prelati debent: quia si perversa unquam
 perpetrat tot mortibus digni sunt: quot
 ad subditos suos peccationis exempla
 transmittunt. Unum necesse est ut tan-
 to se cautius a culpa custodiant quanto
 pro peccata quam faciunt: non solum moriuntur
 sed aliorum anime quas prius destruxerunt
 moribus rei sunt. Admonendi sunt illi
 ne distinctius puniantur: si absoluti
 nequaerint reperiri saltem de se. Illi
 ne de subditorum erratibus iudicent
 etiam si se iam de se securos inveniunt
 Illi ut tanto circa se sollicitius vivant
 quanto eos aliena cura non implicat
 Illi vero ut sic aliorum curas expleant
 quatinus et sua agere non desistant
 et sic propria sollicitudine ferueant
 ut a commissorum custodia minime te-
 pescant. Illi enim sibi met vacanti dicit
 Uade ad fornicam o piger: et con-
 sidera eius vias: et discite sapientiam. Illi
 autem terribiliter admonet cum dicit. Fili-
 mi si spoponderis pro amico tuo desi-
 xisti apud extraneum manum suam
 et illaqueatus es verbis oris tui: et
 captus sermonibus tuis propriis.
 Spondere namque pro amico est alie

nam animam in periculo sue perversati-
 onis accipere. Unum et apud extrane-
 um manus defigitur: quia apud cu-
 ram sollicitudinis que ante deerat
 mens ligatur. ubi vero sui horis il-
 laqueatus est ac propriis sermonibus ca-
 ptus: quia dum commissis sibi cogit
 bona dicere: ipsum prius necesse est
 quam dixerit custodire. Illaqueatus est
 igitur oris sui verbis dum ratione exi-
 gente constringitur: ut eius vita ad
 aliud quam admonet relaxat: unde et
 apud districtum iudicem cogitur:
 tanta in opere exolvere: quanta enim
 constat aliis voce precepisse Unde
 bene mox exortatio subditur cum di-
 citur. Ergo fac fili mi quod dico et
 temetipsum libera quia incidisti in
 manus proximi tui. Discurre: festina
 suscita amicum tuum: ne dederis som-
 num oculis tuis: nec dormitet pal-
 pebre tue. Quisquis autem ad vive-
 dum aliis exemplum proponitur: non
 solum ut ipse vigilet: sed etiam ut ami-
 cum suscitet admonet. Et namque vigi-
 lare benevivendo non sufficit: si non
 et illum cui prece a peccati torpore di-
 siungit Bene autem dicitur Ne de-
 deris somnum oculis tuis nec dor-
 mitent palpebre tue. Somnum quippe
 dare oculis est: intentione cessante
 subditorum curam negligere omni-
 no. Palpebre vero dormittant cum
 cogitationes nostre ea que in subdi-
 tis agnoscunt arguenda pigredine
 deprimente dissimulant. Plene enim
 dormire est commissorum acta: nec

scire nec corrigere. Nō autem dormire sed dormire est: que quidem reprehēdenda sunt cognoscere: sed tamen propter mentis tedium dignis ea increpationibus non emendare. Dormitando vero oculus ad plenis simus somnum ducitur: quia dum plerumque qui preest malum quod cognoscit non refecat: ad hoc quandoque negligentie sue merito peruenit ut quod a subiectis delinquitur non cognoscat. Admonēdi sunt itaque qui presunt: ut per circumspectionis studium oculos peruiigiles intus et in circuitu habeant: celi animalia fieri contēdant. Estēsa quippe animalia celi in circuitu et intus oculis plena describuntur. Dignū quippe est ut cuncti qui presunt intus et in circuitu oculos habeant: quatinus et interno iudici in semetipsis placere studeant: et exempla vite exterius prebētes: ea etiā que in alijs sunt corrigēda deprehēdāt. Admonendi sunt subditi ne prepositorum suorum vitam temere iudicēt: si quid eos fortasse agere reprehēsbiliter vidēt: ne vnde recte mala redarguant: inde per elationis impulsum in profundiora mergātur. Admonendi sunt ne cum culpas prepositorum considerāt: cōtra eos audaciores fiant. Sed sic si qua sunt valde eorum prava: apud semetipsos diiudicent: ut tamen diuino cōstricti timore: ferre sub eis iugum reue-

renti non recusent. Quod melius ostendimus si danid factum ad mediū deducamus. Saul quippe persecutor: cum ad ventrem purgandum fuisset ingressus speluncam illic cum viris suis dauid inerat: quā iam tam longo tēpore: persecutiōis eius mala tollerabat. Cumque viri sui ad feriendum saul accederent: fregit eos responsionibus: quia mittere manū in christum domini nō deberet. Qui tamē occulte surrexit et orā clamidis eius absedit. Quid enim pro saul nisi mali doctores: Quid per dauid: nisi boni subditi designantur. Saul igitur ventrem purgare est: prauos prepositos conceptum in corde malitiam: usque ad opera miseri odoris extendere: et cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen dauid ferire metuit: quia pie subditorum mentes ab omni se peste obtreccationis abstinētes: prepositorum vitam nullo lingue gladio percutiunt: etiam cum de imperfectione redarguuntur. Quia etiam si quando per infirmitate sese abstinere vix possunt: ut extrema quedam atque exteriora prepositorum mala: sed tamē humiliter loquatur: quasi oram clamidis silenter incidunt. Quia videlicet dum prelate dignitati saltem innoxie et latenter derogant: quasi regis superpositi vestem secant: et cum ad se redeunt ipsos se vehementer

siue vel de tenuissima verbilacera-
tione reprehendunt. Unde et bene
illic scriptum est. Post hec dauid
percussit cor suum: eo quod absci-
derat oram damidis saul. Facta quae
dem prepositorum oris gladio feri-
enda non sunt: et cum iam reprehē-
denda recte iudicantur. Quando ve-
ro contra eos vel in minimis lingua
labit: necesse est: ut per afflictionē
penitentiae cor prematur: quatinus
ad se reddat: et cum preposite pote-
stati deliquit: eius contra se iudicium:
a quo sibi prelata est perhorrescat.
Nā cum prepositis deliquimus: eius
ordinatōi qui eos nobis pretulit ob-
uiamus. Unde moyses quoque contra
se et aaron populum queri cognouisset.
Ait. Nos enim quid sumus?
Nec contra nos est murmur vestrum
sed contra dñm. Quod aliter admonē-
di sunt sui: atque aliter dñi. Cap. xxix.

Liter admonendi sunt serui
atque aliter dñi. Serui scilicet
ut in se humilitatem semper aspiciant
domini vero: ut nature sue qua eque-
liter sunt cum seruis cōditi: memo-
riam non amittant. Serui admonē-
di sunt: ne dños despiciant ne deū
offendant: si ordinationi illorum su-
perbiendo contradicunt. Domini ve-
ro admonendi sunt: quia contra de-
um de munere eius superbiunt: si e-
os quos per conditionem tenent: sub-
ditos equales sibi per nature pro-
rium non agnoscunt. Isti admonen-
di sunt: ut se esse sciāt seruos domi-

norm. Illi vero admonendi sunt:
ut cognoscant se conseruos esse ser-
uorum. Istis namque dicitur. Ser-
ui obedite dominis carnalibus. Et
rursum. Quicumque sunt sub iugo ser-
uitutis: dominos suos omni hono-
re dignos arbitrentur. Illis autem
dicitur. Et vos dñi eadem facite il-
lis remittentes minas scientes quod
illozum et vester est dñs in celis.

Quod aliter admonēdi sunt sapientes
huius seculi: atque aliter bebetes. Cap. xxx

Liter admonendi sunt sapiē-
tes huius seculi: atque aliter
bebetes. Sapientes quippe admo-
nendi sunt: ut amittant scire que sci-
unt: bebetes vero ut appetāt scire
quae nesciunt. In illis hoc primum de-
struendū est quod se sapientes arbitra-
tur. In istis iam edificandum est
quicquid de sapientia superna co-
gnoscitur: quia dum minime super-
biunt: quasi ad suscipiendum edifi-
cium corda parauerunt. Cum illis la-
borandum est: ut sapientius stulti fi-
ant: stultam autem sapientiam dese-
rant: et sapientem dei stultitiam discant.
Istis vero predicandum est: ut ab
ea que putatur stultitia: ad veram
sapientiam vicinius transeant.

Illis namque dicitur. Siquis inter
vos videtur sapiens esse in hoc secu-
lo: stultus fiat ut sit sapiens. Istis vero
dicitur. Non multi sapientes secundum
carnem. Et rursum. Quae stulta sunt
mundi elegit deus: ut confundat sa-
pientes. Illos plerumque ratio cina-

Tertia pars pastoralis

tionis argumenta istos nonnunquam melius exempla auertunt. Illis nimirum prodest ut in suis allegationibus victi iaceant. Istis vero aliquid sufficit: ut laudabilia aliorum facta cognoscant. Unde magister egregius sapientibus et insipientibus doctor: cum hebreorum quosdam sapientes: quosdam vero tardiores admoneret: illis de completionem veteris testamenti loquens eorum sapientiam argumento superauit dicens. Quod enim antiquatur et senescit: prope ad interitum est. Cum vero solis exemplis quosdam trahendos esse cerneret: in eadem epistola adiunxit Sancti ludibria et vera experti: in super et vincula et carceres lapidati sunt: secti sunt: in occisione gladii mortui sunt: temptati sunt. Et rursus. Memoretis prepositorum vestrorum qui vobis locuti sunt verbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Hec dicit: quatenus et illos victrix ratio frangeret: et istos ad maiora conscendere imitatio blanda suaderet. Quod aliter admonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Cap. xxxi

Liter admonendi sunt impudentes atque aliter verecundi. Illos namque ab impudentie vitio non nisi increpatio dura compefcit. Istos autem plerumque ad melius exortatio modesta proponit. Illi se delinquere nesciunt: nisi et a pluribus increpentur. Istis plerumque sufficit ad conuersi-

onem quod eis mala sua doctor leniter ad memoriam reducit. Illos melius corrigit qui inuehendo reprehendit. Istis autem maior profectus adducitur: si hoc quod in eis reprehenditur: quasi ex latere tangat. Impudentem quippe plebem iudeorum dominus increpans apte ait. Fratris mulieris meretricis facta est tibi nolui isti erubescere. Et rursus: verecundantem resouet dicens. Confusiones adolescentie tue obliuisceris: et opprobrium viduitatis tue non recordaberis: quia dominabitur tui qui fecit te. Impudentes quoque delinquentes galathas paulus increpat dicens. Quis insensati galathae: quis vos fascinauit? Et rursus. Sic stulti estis ut cum spiritu ceperitis: carne consumamini. Culpas vero verecundantium quae reprehendit dicens. Gauisus sum in domino vehementer quoniam tandem aliquando reflexuistis per me sentire sicut et sentiebatis. Occupati enim eratis: ut illorum increpatio culpas detergeret: et horum negligentiam sermo mollior reuelaret. Quod aliter admonendi sunt proterui: atque aliter pusillanimes. Cap. xxxii

Liter admonendi sunt proterui: aliter vero pusillanimes. Illi enim valde de se presumunt: exprobrando ceteros dedignant. Isti autem dum nimis infirmitatis suae sunt consocij plerumque in desperationem cadunt. Illi singulariter cura

Hi despecta vehemēter esse putāt que faciunt iccirco i despatione frāguntur. Subtiliter itaq; ab arguente discutiēda sunt opa pteruoz: vt in quo sibi placēt: ostēdatur q̄a deo displicēt. Tūc enī pteruos bene corrigimus: cū ea q̄ benefecisse: se credūt male acta mōstramus. Ut vnde accepta gloria creditur inutilis cōfusio subsequatur. Nonnūq̄ vero cuz se viciū pteruē minime ppetrare cognoscūt: compēdiosius ad correptionē veniūt: si alteri^o culpe manifestioris ex latere requisite iproperio cōfunduntur. Ut ex eo qd̄ defendere nequnt: cognoscāt se tenere iprobe quod defendūt. Unde cū pterue corinthos paulus aduersum se videret inflatos: vt alius apollo alius pauli: alius cephe ali^o christi: se esse diceret: incestus culpā in mediū deduxit: que apud eos ppetrata fuerat: et incorrepta remanebat dicēs. Audite inter vos fornicatio qualis nec iter gētes: ita vt vxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis: et nō magis luctū habuistis: vt tolleretur d̄ medio vestrū q̄ hoc fecit opus. Ac si aperte dicat. Quid vos p pterutam huius vel illius dicitis: q̄ per dissolutionē negligētie: nullius vos esse mōstratis.

At contra pusillanimes aptius ad iter bene agēdū reducimus si q̄dā eoz bona ex latere requiramus. Ut dum i eis alia reprehēdēdo corripimus: alia amplectendo laude-

mus. Quatinus eorum teneritudinem laus addita nutriat: quam culpa increpata castigat. Plerūq; aut vtilius apud illos proficimus: si et eorum bene gesta memoramus: et que ab eis inordinate gesta sunt iam non tanq̄ perpetrata corripimus: sed q̄si ad hoc ne ppetrari debeant p̄hibem^o. Ut et illa q̄ approbam^o illatus fauor augeat: et p̄ ea q̄ reprehēdim^o magis apud pusillāimes exortatio verecunda sualescat. Vñ idem paulus: cum thesalonicenses in accepta predicatione pdurantes quasi de vicino mundi termino quadam agnosceret pusillanimitate turbatos: prius in eis que fortia p̄spicit laudat: et caute monēdo postmodum q̄ infirma sunt roborat. Ait ei. Grās agere debemus p omnibus vobis deo semp̄ fratres: vt dignus est qm̄ sup̄crescit fides v̄ra: et abundat caritas vnus cuiusq; v̄m i inuicē: ita vt et nos ipsi i vobis gloriemur in ecclesijs dei p patientia v̄ra et fide. Qui cuz blanda hec vite eoz p̄miseret p̄conia, paulopost subdidit dicens. Rogamus autem vos fratres per aduentū domini nostri iesu christi: et nostre congregatiōis in ipsius: vt nō cito moueamini auaro sēsu: neq; terramini: neq; p̄ spiritū: neq; per sermones: neq; per epistolam tanq̄ per nos missam: quasi instet dies domini. Egit enim verus doctor: vt prius audirēt laudati q̄ cognoscerent: et postmodum quod

Tertia pars pastoralis

exortati sequeretur: quatinus eorum mentem ne a monitione subiuncta concuteret: laus premissa solidaret. Et quod commotos eos vicini finis suspitione cognouerat: non iam redarguebat motos: sed quasi transacta nesciens adhuc commoueri prohibebat ut dum de ipsa lenitate monitionis predicatori suo se incognitos crederet: tanto reprehensibiles fieri: quanto et cognosci ab illo formidareret. Quod aliter admonendi sunt impatientes atque aliter patientes. Cap. xxxiiij.

Liter admonendi sunt impatientes: atque aliter patientes. Dicendum namque est impatientibus: quia dum frenare spiritum negligunt: per multa etiam que non appetunt iniquitatum abrupta rapiuntur. Quia videlicet mentem impellit furor: quo non trahit desiderium: et agit commota nesciens: unde post doleat sciens. Dicendum quoque est impatientibus quod dum commotionis impulsu precipites quaedam velud alienati pagunt vix mala sua postquam fuerint perpetrata cognoscant. Qui dum perturbationi sue minime obstant: etiam si qua a se tranquilla mente obstant fuerant bene gesta confundunt. Et improuiso impulsu destrunt: quicquid forsitan diu labore periculo construxerunt. Ipsa autem que mater est omnium virtutum custosque: per impatientie vitium virtus charitatis amittit. Scriptum quippe est. Charitas patientis est. Igitur cum mini-

me est patientis caritas non est. Per hoc quoque impatientie vitium ipsa virtutum nutrix doctrina dissipat. Scriptum quippe est. Doctrina viri per patientiam dinoscitur. Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus: quanto minus conuincitur patientis. Neque enim post veraciter bona docendo impendere si viuendo nescit equanimiter mala aliena tollerare. Per hoc quoque impatientie vitium: plerumque mentem arrogantie culpa transfigit. Quia dum despici in mundo hoc quisque non patitur: si qua sibi bona occulta sunt ostendere conatur. Et sic per impatientiam usque ad arrogantiam ducitur. Quia dum ferre despectionem non potest: detegendo semetipsum in ostentatione gloriatur. Unde scriptum est. Melior est patientis arrogante: quia videlicet elegit patientis quelibet mala perpeti: quam per ostentationis vitium bona sua occulta cognosci. Et contra arrogans eligit bona de se vel falsa iactari ne mala possit vel minima perpeti. Quia igitur cum patientia relinquuntur etiam bona reliqua que iam gesta sunt destruntur: recte ad ezechielem in altari dei fieri fossa prohibetur: ut videlicet in ea holocausta superposita seruentur: si enim in altari fossa non esset: omne quod in eo sacrificium reperiret superueniens aura dispergeret. Quid enim accipimus per altare dei nisi animas

Sancti gregorii pape

inisti. Que quot bona egerit: tot super se ante eius oculos sacrificia imponit. Que ante est altaris fossa nisi beatorum patientia: Que dum mentem ad aduersa tolleranda humiliat: quasi moze fouee hanc in imo positam demonstrat. Fossa autem in altari fiat: ne superpositum sacrificium aura dispergat idest electorum mentes patientiam custodiat: ne commota vento impatientie: etiam hoc quod bene operata est amittat. Bene autem hoc eadem unius cubiti esse memoratur. Quia nimirum si patientia non deseritur unitatis mensura seruat. Unde et paulus ait ad galathas. Inuicem onera portate: et sic adimplebitis legem christi. Lex quippe est christi caritatis unitas quam soli perficiunt: que nec cum grauatur excedit. Audiant igitur impatientes: quod scriptum est in prouerbis. Melior est patiens forti viro: et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Melior est enim victoria urbium: quia extra sunt que subiguntur. Valde autem est maius: quod per patientiam vincitur: quia ipse a se animus superat: et per semetipsum sibi metipsum subiicit: quando eum patientia intra se frenari compellit. Audiant impatientes: quod electis suis veritas dicit. Impatientia vestra possidebitis animas vestras. Sic enim conditum sumus ut ratio animam et anima corpus possideat. Jus vero anime a corpore

possessione repellit: si non prius anima a possessione rationis possideatur. Custodem igitur conditionis nostre patientiam dominus esse demonstrauit: que in ipsa nos possidere nosmet ipsos docuit. Quanta igitur sit impatientie culpa cognoscimus per quam et hoc ipsum amittimus possidere quod sumus. Audiant impatientes quod per salomonez rursum dicit. Totum spiritum suum profert stultus sapiens autem differt et reseruat in postremis. Impatientia vero impellente agitur: ut totus foras spiritus profertur: quoniam iccirco perturbatio citius eicit: quia nulla interius sapientie disciplina concludit. Sapiens autem differt et reseruat in postremum. Lesus enim in presens se vlasci non desiderat: quia etiam tollerans parcipat: sed tamen iuste vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Et protra admonendi sunt patientes ne in eo quod exterius portant interius doleant: ne tante virtutis sacrificium quod integrum foris immolant intus malitie peste corrumpant: et cum ab hominibus non agnoscitur: sed tamen sub diuina examinatione peccat: tanto deterius culpa doloris fiat: quanto sibi ante homines virtutis speciem vindicat. Dicendum itaque est patientibus ut student diligere quod sibi necesse est tollerare. Ne si patientiam dilectio non

Tertia pars pastoralis

sequit̄: in deteriozem culpam odij: virtus ostēsa n̄tatur. Un̄ cum paulus diceret: caritas paciēs ē ilco adiunxit. Benigne est. Uidelz ostendens: quia q̄s ex patientia tollerare amare etiā ex benignitate n̄ cessat. Un̄ idem doctor egregius cū patientiā discipulis suaderet dicēs omnis amaritudo z ira: z indignatio z clamor: z blasfemia tollatur a vobis: q̄si cūctis exterius iā bene cōpositis ad interiora cōuertitur: dum subiungit cum omni malitia. Quia nimirum frustra indignatio clamor z blasfemia ab exterioribus tollitur si interioribus vitiozū mater malicia dominat̄: z icassum foris nequitia incidit ex ramis: si surrectura intus multipliciter in radice seruat̄. Un̄ z p̄ semetipsam veritas dicit. Diligite inimicos vestros: bñ facite his qui oderunt vos: z orate p̄ persecutibus z calumniantibus vos. Virtus itaq; est coram hominibus aduersarios tollerare: s; maior virtus est corā dō diligere. Quia hoc solum de⁹ sacrificiū accipit qd̄ a te ei⁹ oculos in altari boni opis flāma caritatis accendit. Hinc ē qd̄ quibusdam paciētib⁹ rursus nec tamē diligētib⁹ dicit Quid autē vides festucā in oculo fratris tui z trabē in oculo tuo non vides. Perturbatio q̄ppe impatiētie festuca est: malitia vero in corde trabis in oculo. Illā nāq; aura temptationis agit: hanc autē p̄sumata nequitia pene imobi-

liter portat. Recte vero illic subiungitur. Hypocrita eijce primū trabē de oculo tuo: z tunc videbis eicere festucā de oculo fratris tui. Ac si dicitur mēti iniqui interiori dolenti: z sanctam se exterius p̄ paciētiā demonstranti. Prius a te malitie molem excute: z tūc alios de impatiētie leuitate reprehende: ne dum nō studes simulationem vincere: peius tibi aliena sit praua tolerare. Euenire etiā plerūq; paciētib⁹ solet: vt eo q̄dem tempore q̄ vel aduersa patiuntur: vel cōtumelias audiūt nullo dolore pulsantur: z sic paciētiā exhibeant: vt custodire etiā cordis innocētiā non obmittant. S; cū post paululū hec ipsa q̄ ptulerint ad memoriam reuocāt: igne doloris inflāmantur: argumēta ultionis inquirunt z māsuētudinē q̄ tolerātes habuerūt retractātes in malitiā n̄tūt. Quibus citi⁹ a p̄dicāte succurrit: si q̄ sit huiusmodi p̄mutationis causa pandatur. Callidus nāq; aduersarius bellum contra duos mouet: vnum videlicet inflāmans vt cōtumelias prius inferat: alterū p̄uocās vt cōtumelias lesus reddat. S; plerūq; dum huius iam victor est qui iniuriam persuasus irrogat ab illo vincitur: qui illatam sibi equanimiter portat. Unius ergo victor quez cōmouendo subiugauit: tota cōtra alterū n̄tute se erigit: cumq; obsistentem fortit̄ z vincētē dolet. Quem quia cōmouere in ipsa cōtumeliāz

faculatione non potuit: ab apto certamine iterum quiescens: et secreta suggestione cogitatione laescens: aptum deceptionis tempus inquirat. Quia enim publicum bellum perdidit ad exercendas occulte insidias exardescit. Quictis namque iam tempore ad victoris animum redit: vel rerum damna vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit. Cunctaque que sibi illata sunt vehementer exaggerans intollerabilia ostendit. Tanta quoque mentem meroze conturbat: ut plerumque vir patiens: illa se equanimiter tollerasse post victoriam captivius erubescat: sequitur non reddidisse contumelias doleat: et deteriora repedere si occasio prebeatur grat. Quibus ergo isti sunt similes: nisi his qui per fortitudinem in campo victores sunt: sed per negligentiam postmodum intra urbis claustra rapiuntur: Quibus sunt similes nisi is quos irruens gravis languora vita non subtrahit: sed leuiter veniens recidiva febris occidit. Admonendi sunt igitur patientes ut eorum post victoriam muniant: ut hostem publico bello superatum insidiari mentibus intendat ut languorem plus serpente timeant: ne hostis callidus eo in deceptione postmodum maiori exultatione gaudeat: quo illa dudum contra se rigida colla victorum calcet.

Quia alii admonendi sunt beniuoli: atque aliter inuidi. Cap. xxxiiii

Liter admonendi sunt beni-

uoli: aliter vero inuidi. Admonendi namque sunt beniuoli ut sic alienis bonis congaudeant: quatinus habere etiam propria concupiscant. Sic primorum facta diligendo laudent: ut ea etiam imitando multiplicent. Ne si in hoc presentis vite studio: ad certamen alienum deuoti fautores sed pigri spectatores assistunt eo post certamen sine brauio remaneant: quo nunc in certamine non laborant. Et tunc eorum palmas afflicti respiciant: in quorum nunc laboribus occisi perdurant. Valde quippe peccamus si aliena bene gesta non diligimus: sed nil mercedis agimus si ea que diligimus in quantum possumus non imitamur. Dicendum itaque est beniuolis: quia si imitari bona minime festinant que laudantes approbant: sic eis virtutum sanctitas: sicut stultis spectatoribus ludicrarum artium et histrionum vanitas placet. Illi namque aurigarum ac histrionum gesta fauoribus effertur: nec tamen tales esse desiderant: quales illos conspiciunt esse quos laudent. Miratur eos placita fecisse: sed non similiter deuitat placere. Dicendum est beniuolis: ut cum primorum facta conspiciunt ad suum eorum redeant: et de alienis actibus non presumant: nec bona laudent: et agere recusent. Grauius quippe extrema ultione puniendi sunt: quibus quod imitari noluerunt placuit

Admonendi sunt inuidi ut peccent quate cecitatis sunt: qui alie-

Tertia pars pastoralis

no pfecto deficiunt: aliena exulta-
tione contabescunt: quante infelicitatis
sunt: qui melioratione proximi
deteriores fiunt. Dumq; augmēta
aliene p̄speritatis aspiciunt apud se
metip̄os anxie afflicti cordis sui pe-
ste moriuntur. Quid istis infelicitus
quos dum conspecta felicitas affi-
cit: pena nequiores reddit. Aliorū
vero bona que habere non possunt
si diligerēt: sua fecissent. Sic quip̄
pe sunt vniuersi cōsistentes in fide:
sicut multa membra vno cōtinētur
in corpore: que p̄ officium quidem
diuisa sunt: sed in quos sibi vicissim
congruūt: vnum fiunt. Unde fit vt
pes per oculos videat: et per pedes
oculi gradiantur: ori auditus auri-
um seruiat: et ad vsum suū auribus
lingua cōcurrat. suffragetur mani-
bus venter: vētrū manū operentur.
In ip̄a igit̄ corp̄is positione accipi-
mus. q̄d in actione seruemus. Ni-
mis itaq; turpe est non imitari q̄d
sumus. Nostra sunt nimirū: que et
si imitari non possum⁹ amamus in
alijs: et amantiū fiunt queq; aman-
tur in nobis. Hinc ergo pensent in-
uidi caritas quante virtutis sit: que
alieni laboris opera: nostra sine la-
tore facit. Dicendum nāq; inuidis
est qz dum se a liuore minime custo-
diunt: in antiquā versuti hostis ne-
quitiā d̄mergunt. De illo nāq; scri-
ptus est. Inuidia aut̄ diaboli mors
intrauit in orbem terrarū. Qz enī
ipse celum perdidit condito homi-

ni hoc inuidit: et suam dānationem
perditus ad hec alios perdēdo cu-
mulauit. Admonēdi sunt inuidi
vt cognoscant quantis lapsibus suc-
crescentis ruine subiaceant: qz duz
liuorem a corde minime proiciūt:
ad apertas operū neq̄tias d̄uoluū-
tur. Nisi. n. cayn inuidisset acceptā
fratris hostiam: minime peruenis-
set ad extinguendā vitā: vnde scri-
ptū est. Et respexit domin⁹ ad abel
et ad munera eius. Ad cayn vero et
ad munera eius non respexit. Fra-
tusq; est cayn vehementer: et concidit
vultus eius. Liuoꝝ itaq; sacrifi-
cij patricidij seminariū fuit. Nāq;
meliores se eē doluit. ne vt cūq; eēt
amputauit. Dicendum ē inuidis qz
dum se ista peste consumunt: et q̄c-
quid in se aliud boni habere viden-
tur interimunt: vnde scriptum ē: vi-
ta carniuz sanitas cordis: putredo
ossium inuidia. Quid enim per car-
nes nisi infirm⁹ quedaz ac terrena?
Et quid p̄ ossa nisi fortia acta signā-
tur? Et plerumq; contingit: vt que-
dam cum cordis innocentia in non-
nullis actibus suis infirmi videan-
tur: q̄dam vere iam quedam ante
humāos oculos robusta exerceāt:
sz tamē erga aliorū bona intus inui-
die pestilētia tabescant. Vñ ergo di-
cit̄. vita carniū: sanitas cordis. Qz
si mentis innocentia custoditur: et
si qua foris infirma sunt: quando-
q; roborantur: vñ illic subditur re-
cte. Putredo ossium inuidia: qz per

liuoris uiciuz: ante dei oculos pere
unt: et que humanis oculis fortia
videntur. Illa q̄dem per inuidiaz
putrefecere eēt: quedam et robustaz
depire. Quod aliter admonēdi
sunt simplices: atq; aliter impuri.

Liter admonē. La. xxxv.
di sunt simplices. atq; aliter i
puri. Laudādi sunt simplices q̄ stu
deāt nunq̄ falsa dicere: s; sūt admo
nendi ut nouerint nōnūq̄ vera reti
cere. Sicut. n. semp dicentem falsi
tas lesit: ita nōnūq̄ q̄busdam audi
ta vera nocuerunt: unde coraz disci
pulis suis domin⁹ locutionem suaz
tempans ait. Multa habeo uobis
dicere: s; nunc nō potestis illa por
tare. Admonēdi sūt igit simplices
ut sicut fallatiam utiliter uitant sem
per: ita veritatem sp̄ utiliter p̄ferāt
Admonēdi sunt ut simplicitatis bo
no prudentiam adiungant quatin⁹
sic securitatem de simplicitate possi
deant: ut circūsp̄ctionem pruden
tie nō amittant. Hinc nāq; per do
ctorem gentium dī: volo uos sapiē
tes eē in bono: simplices autē i ma
lo. Hinc electos suos per semetip̄az
veritas admonet dicēs. Estote pru
dentes sicut serpētes: et simplices si
cut colūbe. Quia. v. in electoz cor
dibus: debz et simplicitatem colum
be astutia serpentis acuerē: et serpē
tis astutiam colūbe simplicitas tem
perare. Quatinus nec se ducti per
prudentiam calleant: nec ab intelle
ct⁹ studio ex simplicitate torpescāt.

At cōtra admonēdi sunt impu
ri ut q̄ grauis sit quem culpabiliter
sustinent duplicitatis labor agno
scant. Dum. n. deprehēdi metuūt:
semp improbas defensiones q̄rūt:
semp prauis agitant suspicionib⁹.
Nil autē ē ad defendēdū puritate
tutius: nil addicendum veritate fa
cilius. Nam dū fallatiam suam ta
eri cogūtur: duro coraz labore fatiga
tur. Hinc nāq; scriptuz ē. Labor la
biozum ipsoz operiet eos. Qui enī
nunc iplet tunc operit: qz cuius nūc
aium per blandā inq̄tudinē exerit
tunc per asperam retributionē punit
Hinc. n. per hieremiam dī. Docue
runt linguam suam loq̄ mendatiū:
ut iniq; agerent laborauerūt. Ac si
apte diceret. Qui amici veritatis
sine labore eē poterāt: ut peccent la
borant. Cūq; uiuere simpliciter ne
queūt: laboribus exigunt ut moriā
tur. Nam plerumq; in culpa depre
hēsi: dum quales sūt cognoscere
fugiūt: sub fallacie velamine sese ab
scondunt. Et hoc qd̄ peccant qd̄q;
aperte iam cernitur excusare molū
tur: ita ut sepe is q̄ eoz culpas cor
ripere studet: aspe falsitatis nebu
lis seductus: pene se amissis euideat
q̄ de eis iam certum tenebat: unde
recte subinde sp̄ per p̄phetam cō
tra peccatē aiām excusantēq; se dī.
Ibi habuit foueam heritius. Heri
tū q̄ppe noie impure mentis seseq;
calide dīdētis duplicitas dīgnat
qz. v. heritū dū dephēdit ei⁹ caput

Tertia pars pastoralis

cernitur et pedes videtur et corpus
omne conspicitur: sed cum apprehen-
sus fuerit semetipsum in spera col-
ligit: pedes introsus subtrahit: ca-
put abscondit et in terra tenetis ma-
nus totum simul amittitur: quod to-
tum ante videbatur. Sic nimirum
sic impure mentes sunt: cum in suis ex-
cessibus comprehendunt. Caput enim
heritij cernit: quia quod initio ad cul-
pam peccator accesserit videtur. Pe-
des heritij conspiciuntur quia quibus
vestigij nequitia sic perpetrata agno-
scitur: et tamen adductis repente ex-
cusationibus impura mens introsus
pedes colligit: quia cuncta iniquitatis
sue vestigia abscondit. Caput subtra-
hit quia miris defensionibus nec in-
choasse malum ostendit se aliquod.
Et quasi spera in manu tenentis re-
manet quia is qui corripit cuncta quae
iam cognouerat subito amittens in-
uolutum intra conscientiam peccato-
rem tenet. Et quem totum iam depre-
hendendo viderat: tergiversatione
prave illusio defensionis: totum pari-
ter ignorat. Foveam ergo heritij huius
irreprobis: quia malitiose mentis
duplicitas sese intra se colligens: ab-
scondit in tenebris defensionis. Au-
diant impuri quod scriptum est. Qui
ambulatur simpliciter: ambulat confiden-
ter. Fiducia quippe magne securitatis
est: simplicitas actionis. Audiatur quod
sapientis ore dicitur. Spiritus sanctus
discipline effugiet fictum. Audiatur
quod scriptura rursus teste prohibetur

Cum simplicibus sermocinatio eius
Deo enim sermocinari est per illustrati-
onem sue presentie: humanis mentibus
archana reuelare. Cum simplicibus
igitur sermocinari dicitur: quia de
supernis mysterijs illorum mentes radio
sue visitationis illuminat: quos nulla
umbra duplicitatis obscurat. Est au-
tem speciale duplitium malum quia dum
puerba et duplici actione alios fal-
lunt: quasi prestantius ceteris pruden-
tes se esse glorientur. Et quia distri-
ctione retributionis non considerant
de donis suis miseri exaltant. Audi-
ant autem quoniam sophistas propheta vim
diuine animaduersionis super illos
intentat dicens. Ecce dies domini
venit: magnus et horribilis: dies ire
dies illa dies tenebrarum et caliginis
dies nebulae et turbinis: dies tube et
clangoris super omnes ciuitates
munitas: et super omnes angulos
excelsos. Quid per ciuitates muni-
tas accipitur: nisi suspecte mentes:
et fallaci semper defensione circumdate
Que quoties earum culpa corripit
veritatem ad se iacula non admittunt
Et quid per excelsos angulos nisi
impura corda signantur? Duplex quippe
in angulis spiritus est paries. Que dum vi-
tate simplicitatis fugiunt ad semetipsa
quodammodo duplicitatis pueritate
replicatur et quod est deterius apud
cogitationes suas in fastu prudentie
ex ipsa se culpa impuritatis extollunt
Dies igitur domini vindicet atque animaduersionis
plena super ciuitates munitas et

super angulos venit: qz ira extremi iudicij: humana corda z defensionibus contra veritatē clausa destruit z duplicib⁹ inuoluta dissoluit. Tūc enī cadent munitate ciuitates: qz mētes impenetrare deo damnabūtur. Tunc excelsi anguli corruēt: quia corda q̄ se per ipuritatē prudentiā erigunt: p̄ iustitię sententiā proster nūtur. Qd̄ aliter admonēdi sūt icolūes: atqz aliter egri. Ca. xxxvi.

Liter amonēdi sūt icolumes atqz alī egri. Admonēdi sūt icolumes vt sanitatez corpis exerceant ad sanitatē mentis: ne si accepte incolumitatis grām: ad usū nequitie inclinēt: dono dei deteriores fiant: z eo postmodū supplitia grāuioza mereātur: quo nunc largioribus bonis dei: male vti nō metuūt. Admonēdi sūt icolumes: ne oportunitatem salutis p̄merētes i perpetuū despiciāt. Scriptum nāqz est. Ecce nūc tps̄ acceptabile: ecce nūc dies salutis. Admonēdi sūt ne placere deo si cū p̄nt noluerit: cum voluerint sero nō possint. Hinc est enī qd̄ post sapia d̄serit quos p̄ri⁹ diuisi tuis renuētēs vocauit dicēs: vocaui z renuistis: extēdi manū z nō fuit q̄ aspiceret. Desperistis oē cōsiliū z increpationes meas neglexistis. Ego quoqz i iteritu vestro ridebo z subsānabo: cum vobis qd̄ timebatis aduenerit. Et rursū. Tūc inocabit me z nō exaudia: mane psurgent z nō inuenient me. Sal⁹ itaqz

corporis quādo ad bñ operandum accepta despicitur: quātū sit muneris admissa sēntē: z in fructuose ad vltimū q̄ritur: q̄ cōgruo concessa tēpore vrūiter nō hētur: vñ bene per salomonē rursū d̄r. Ne des alienis tuum honozē: z ānos tuos crudelitē forte impleant extranei virib⁹ tuis: z labores tui sint in domo aliēa z gemas inouissimis quando consumpseris carnes z corp⁹ tuū. Qui nāqz a nobis alieni sunt nisi maligni spūs: qz celestis patrie sūt forte sepati: Quis vero honoz noster est: nisi quid ēt in luteis corporib⁹ conditi: ad conditoris tñ nostri sum⁹ imaginē creati: Vel q̄s ali⁹ crudelis nisi ille apostata angelus: q̄ z semetipsum pena mortis superbiendo perculit: z inferre mortē hūano generi ēt perdit⁹ nō pepercit. Honozem suū alienis itaqz dat: q̄ ad dei imaginē ac similitudinē conditus vite sue tēpora malignozum spūuz voluptatib⁹ administrat. An nos ēt suos crudeli tradit: qz ad voluntatem male damnātis aduersarij: accepta viuēdi spatia expendit: vñ bñ subd̄. Ne forte impleant extranei virib⁹ tuis: z labores tui sint in domo aliena. Quisquis enī per acceptā valitudinē corpis per attributā sibi sapiam mentis: nō exercēdis virtutib⁹ s̄z perpetrandis vitijs laborat: nequaqz viribus suis suaz domuz: s̄z extraneozum habitacula .i. imūdozum spūum scā multipli-

Tertia pars pastoralis

cat nimirum luxuriando vel superbiendo agēs: vt ēt se addito perditorum numerus crescat. Bene autē subdit: et gemas in nouissimis quando cōsumpseris carnes: et corp⁹ totum. Plerūq; enim accepta sal⁹ carnis: per vitia expendit. Sed cum repente subtrahit: cum molestiis caro atteritur: cum iam egredi aīa vrgetur: diu male habita quasi ad bñ viuēdū sal⁹ amissa req̄ritur. Et tūc gemunt hoīes q̄ dō seruire noluerunt: q̄n dāna negligentie sue recuperare seruiendo nequaquā possūt vnde alias dī. Cum occideret eos inquirebant eum. Et cōtra admonēdi sunt egrī vt eo se dei filios sentiant: quo illos disciplinē flagella castigant. Nisi enī correctis hereditatem dispōeret: erudire eos per molestias non curaret. Hinc namq; ad iohannē domin⁹ per angelum dicit. Ego quos amo corripo et castigo. Hinc rursū scriptū est. Fili mi noli negligere disciplinam domini: nō fatigeris cum ab eo argueris: quē diligit enim domin⁹ corripit et castigat: flagellat autē omnē filium quē recipit. Hinc psalmista ait. Multe tribulatiōes iustorum. Hinc beatus iob in dolore clamans ait. Si iust⁹ fuero nō leuabo caput saturat⁹ afflictione et miseria. Dicendum ē egrīs vt si celestē patriā suam credunt: necessario in hac vita labores velut in aliena patriā patiātur. Hinc est. n.

q̄ extra lapides tonsi sunt: vt in cōstructōe templi domini absq; mallei sonitu ponerētur. Quod videlicet nūc foris per flagella tondimur: vt intus in tēplum dei postmodum sine disciplinē percussione discōamur quatin⁹ q̄cquid in nobis est superfluū: mō percussio resecet: et sola nos in edificatiōe caritatis concordia liget. Admonēdi sunt egrī vt cōsiderent p̄ percipiēdis terrenis hereditatib⁹ q̄ dura carnales filios discipline flagella castigēt. Que ergo nobis diuine correctionis grauis ē pena: per quā et nūquā amittenda hereditas percipit: et semp mansura supplicia vitant. hinc et n. paul⁹ ait. Patres q̄dem carnis nostre habuimus eruditiones et reuerbamur eos: nō multo magis obtemperabimus patri spūz et viuemus. Et illi q̄dem in tpe paucorum dieruz: s; volūtatem suam erudiebant nos. Hic autē ad id quod vtile ē: in recipiendo sanctificationem eius. Admonēdi sunt egrī: vt considerent q̄ta salus cordis sit molestia corporis que ad sui cognitionem mētez reuocet. Et quam plerūq; salus abiicit: in firmitatis memoria reformat: vt anim⁹ q̄ extra se in elationem ducitur: cui sit oditōi subdit⁹ ex percussa quam sustinet carne memoretur. Quod recte p̄ balaā si tamē vocem dei subsequēdo obediēdo voluisset: in ipsa ei⁹ itineris retardatiōe signat. Balaā

nāq; puenire ad ppositum tēdit: s; ei^o votum aīal cui p̄sident p̄pedit. Prohibitōe q̄ppe imozata asina videt angelum quē humana nō videt mens. Quia plerūq; caro per molestias tarda flagello suo menti deus indicat: quem mēs ipsa carni p̄sident nō videbat. Ita vt anxietatez spūs p̄ficere in hoc mundo cupientis: velut iter tendētis impediāt: donecei inuisibilem qui sibi obuiat inotescat: vnde z bñ per petruz d̄. Correctionem habuit sue vesanie subiu gale aīal mutum: qđ hoīs voce loquens p̄hibuit p̄phete insipientiā. Insan^o q̄ppe bō a subiugali muto corripitur: qñ mēs elata humilitatis bonuz qđ tenere debeat ab afflictā carne memoratur: Sed huius correctiōis donum balaā nō obtinuit: iccirco quia ad bñdicendum missus fuerat: z ad maledicēdum pergens voces nō mentē mutauit. Admonendi sunt egri: vt molestia corporalis quāti sit muneris considerēt: q̄ z admīssa peccata diluit: z ea que poterant admitti cōpescit: que sumpta ab exterioribus plagis: cōcussē mēti penitentie vulnera infligit: vnde scriptum est. Lūoz vulneris abstergit mala: z plage īsecretioribus ventris. Mala enī lūoz abstergit vulneris: qz flagellorum dolor vel cogitatas vel p̄petratas neqtias diluit. Solet vero ventris appellatione mēs accipi: qz sicut venter consumit escas: ita mēs pertra-

ctādo excoquit curas. Quia enī venter mēs d̄: ea sentētia docetur: qua scriptum est. Lucerna dñi que inuestigat omnia secreta ventris: spiraculum hoīs. Ac si diceret: diuini afflatus illuminatio cuz ī mētem hoīs venerit: eam sibi metip̄s illuminās ostēdit: q̄ añ scī spūs aduentum cogitationes p̄auas z portare poterat: z p̄sare nesciebat. Lūoz. n. vulneris abstergit mala z plage īsecretioribus ventris: qz dum exterius p̄cutimur: ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictiq; reuocamur. Atq; ante oculos nostros cūcta q̄ a nobis sunt male gesta reducimur z per hoc qđ patimur foris magis itus qđ fecim^o dolem^o: vnde fit vt iter apta vulnera corporis ampl^o nos abluat plaga secreta ventris: qz sanat neqtiam p̄raui opis occultum vulnus doloris. Admonēdi sunt egri quatinus patientie virtutem seruēt: vt incessāter q̄pta redemptor noster: ab hijs quos creauerat pertulit mala cōsiderēt: quod tot abiecta cōuitiorum p̄bra sustinuit: q̄ de manu antiq; hostis captiuorum quottidie aīas rapiēs insultātium alapas accepit: qđ aq̄ nos salutis abluens: a perfidorum sputis faciem non abscondit: q̄ ad uocatione suā nos ab eternis supplitijs liberās: tacit^o flagella tollerant. Qđ iter angelorum choros p̄nes nobis honores tribuēs: colaphos ptulit: qđ a p̄cōz nos pun

etionibus saluans spinis caput supponere non recusauit: quod eterna nos dulcedine inebrians: in siti sua amaritudine mellis accepit. Quod qui pro nobis patrem quem diuinitate est equum adorauit, sub irrisione adorat? tacuit: quod vitam mortuis preparans: usque ad mortem ipse vita peruenit. Cur itaque asperum creditur: ut a doctor tolleretur flagella pro malis: si tanta deus pertulit ab hominibus mala pro nobis. Aut sana intelligentia quis de percussione sua ingratus existat: si ipse huic sine flagello non exiit. quod hic sine peccato iuxta? Qualiter admonendi sunt qui flagella metuent: et propterea innocenter uiuunt: atque aliter qui sic iniquitate duruerunt: ut non per flagella corrigantur. Ca. xxxvij.

Liter admonendi sunt qui flagella metuent et propterea innocenter uiuunt: atque aliter qui sic in iniquitate duruerunt: ut nec per flagella corrigantur. Dicendum namque est flagella timentibus: ut et bona temporalia nequaquam pro magno desiderant: quod ad esse est prauis videtur: et mala presentia nequaquam velut intollerabilia fugiant: quibus plerumque hic est bonos affici non ignorant. Admonendi sunt ut si malis veraciter carere desiderant: supplitia eterna perhorrescant. Nec in hoc supplitorio timore permaneant: sed ad amoris gratiam nutrimento caritatis excrescant. Scriptum quippe est. Perfecta caritas foras mittit timorem. Et iterum

scriptum est. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater: unde idem doctor iterum dicit: ubi spiritus domini in libertas. Si ergo adhuc a praua actione formidata pena prohibet profecto formidantis animum nulla spiritus libertas tenet. Nam si penam non metueret: culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaque mens gratiam libertatis: quam ligat timoris seruitus. Bona enim pro semetipsis amanda sunt et non penis compellentibus exequenda. Nam qui propterea bona facit: quod tormentorum mala metuit: vult non esse quod metuat: ut audenter illicita committat: unde luce clarius constat quod coram deo innocentia admittit: ante cuius oculos ex desiderio peccatur.

At contra hi quos ab iniquitatibus nec flagella compescunt: tanto acriori inuentione feriendi sunt: quanto insensibilitate maiori duruerunt. Plerumque enim sine dedignatione indignandi sunt: sine desperatione desperandi: ita durat ut ostensa desperatio formidinem incutiat: et subiecta admonitio ad spem reducat. Districte itaque contra illos diuine sententiae proferende sunt: ut ad cognitionem sui aduersione considerata reuocentur. Audiant enim in se impletum esse quod scriptum est. Si contunderis stultum in pilea quasi ipsas feriete desuper pileo: non auferet ab eo stultitia eius. Contra hos prophete

ta dño queritur dicens. Attrivisti eos: et reuerunt accipere disciplinã. Hinc est q̄ dom⁹ dicit. Interfeci et perdididi populum istũ: et tñ a vijs suis non sunt reuersi. Et rursus ait. Populus non est reuersus ad percipientem se. Hinc voce flagellantius p̄pheta cõquerit dicens. Curauimus babilonez et nõ est sanata. Babilon q̄ppe curat nec tñ ad sanitatem reducit: qm̄ mens in praua actione confusa verba correctionis audit flagella correctõis percipit: et tamẽ ad recta itinera salutis: redire cõtempnit. Hic captiuo israhelitico populo: nec tñ ab iniquitate conuerso dñs exprobrat dicens: versa est mihi dom⁹ israel in scoriã. Dñs isti: es stannum: et plumbum: et ferrum: in medio fornacis. Ac si apte dicat. Purigare eos per ignem tribulatiõis voluit: et argentum vel aurum illos fieri quesit: sed in fornace mibi: i es: stannum: ferrum et plumbum versi sunt: qz nõ ad virtutem s; ad vitia et i tribulatione pruperunt. Es q̄ppe dñs percudit ampli⁹ metallis ceteris sonitum reddit. Qui igit̄ in tribulatione positus erupit ad murmuratiõis sonitum: in es versus in medio fornacis est. Stannus vero cum ex arte componit argenti spem mentitur. Qui vero simulationis vitio nõ caret in tribulatione stannus factus est in fornace. In ferrum aut̄ vertitur: qui vite proximi insidiatur. Ferrum itaq; in fornace est: q̄ nocendi

se petere pmittebat optinuit: quatinus quia vsq; ad opus nō venerat culpa: vsq; ad cruciamentum nō pueniret pnia. Sed cogitata afflictō mētem tergeret: quam nimirū tantūmodo cogitata iniq̄tas inquinasset. Quod aliter admonēdi sunt q̄ admissa plangūt: nec tamē deserūt. nec tamē plangūt. *La. liiij.*

Liter admonēdi sunt q̄ admissa plangūt: nec tamē deserūt: atq; aliter q̄ deserūt: nec tamē plangūt. Admonēdi sunt q̄ admissa plangūt: nec tamē deserūt: vt sollicite sciāt q̄ flēdo inaniter mūdant qui vivēdo se nequiter in q̄nāt: cuius iccirco se lachrimis lauet: vt mundi ad sordes redeant. Hic. n. scriptum est. *Canis reuersus ad vomitum suum: et sus lota in volutabro luti.* *Canis* quippe cum vomit. pfecto cibū q̄ pectus dep̄imebat. p̄icit: s; cum ad vomitum reuertit: vnde leuigatus fuerat rursus onerat. Et q̄ admissa plangūt: pfecto nequitia d̄ q̄ male faciat fuerat: et que mētis intima dep̄imebat: cōfitendo. p̄iciūt: quā post confessionē dum repetūt resumūt. Sus vero cum in volutabro luti lauat: sordidior redditur. Et qui admissum plangit: nec tamē d̄serit: pene grauioris culpe se subiicit: qui et ipsam quā flēdo impetrare potuit veniā contēpnit: et quasi in luctosa aqua semetipsum inuoluit: qz dñ̄ fletibus suis vite mūditiā subtrahit: an̄ dī oculos sordidas ip̄as

lachrimas facit. Hic rursus scriptū ē. *Nō iteres verbum in orōne tua: verbum igit̄ in orōne iterare ē: post fletum cōmittere: qz rursus necesse sit flere.* Hinc enim per esaiam dicitur. *Lauamini mundi estote.* Post lauacrum enim mundus esse negligit quisq; post lachrimas vite incētiam non custodit. Et lauant ergo et nequaquam mūdi sunt: qui cōmissa flere non desinunt: sed rursus flenda cōmittunt. Hic per quēdam sapientē d̄. *Qui baptizatur a mortuo et iterum t̄git illum: qd̄ p̄ficiat lauatio eius.* Baptizatur quippe a mortuo: qui mūdatur fletib; a peccato. Sed post baptismum mortuum t̄git: q̄ culpam post lachrimas repetit. Admonēdi sunt qui admissa plangunt nec tamē deserunt: vt ante districti iudicis oculos: eis se esse similes agnoscant: q̄ veniētes ad faciem quorūdam hoīum magna eis submissione blādunt: recedētes at̄ inimicitias ac damna q̄ valēt atrociter iferunt. Quid est eim culpam flere: nisi humilitatem deo sue d̄otionis ostēdere? Et quid est post fletum praua agere: nisi superbas in eū quem rogauerat inimicitias exercere: iacobo attestāte qui ait. *Quicūq; voluerit amicus eē huius seculi: inimicus dei constituitur.* Admonēdi sunt qui admissa plangunt: nec tamen deserunt: vt sollicite considerent: quia plerunq; ita mali inutiliter compunguntur ad iusticiā:

sicut plerumque innoxie boni temptantur ad culpam. Sic quippe mira exigentibus meritis dispositionis: interne mensura ut et illi dum de bono aliquid agunt: quod tamen non perficiunt: superbe inter ipsa: que etiam plenissime perpetrant mala confidunt et isti dum de malo temptantur: cui nequaquam consentiunt: quo per infirmitatem titubant: eo gressus cordis ad iusticiam per humilitatem verius figant. Balaam quippe iustorum tabernacula respiciens ait. *Moriatur anima mea morte iustorum: et fiant nouissima mea horum similia.* Sed cum compunctionis tempus abcessit contra eorum vitam quorum se similem fieri etiam moriendo poposcerat prebuit. Et cum occasione de auaritia reperit: illico oblitus est quicquid sibi de innocentia optauit. Paulus quoque ait: video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis mee: et captiuum me ducere in lege peccati que est in membris meis. Qui profecto iccirco temptatur: ut in bono robustius ex ipsa sue infirmitatis cognitione solidetur. Quid est ergo quod ille compungitur et tamen iusticie non appropinquat: iste temptatur: et tamen eum culpa non inquinat: nisi hoc quod aperte ostenditur: quia nec malos bona imperfecta adiuvant: nec bonos mala in consummata condemnant. At contra admonendi sunt qui admissa deserunt: nec tamen plangunt: ne iam relaxatas

estiment culpas: quas et si agendo non multiplicat: nullis tamen flectibus purgant. Nec enim scriptorum si a scriptioe cessauerit: quia alia non addidit: et illa que scripserat deleuit: nec que contumelias irrogat si solummodo tacuerit satisfecit: cum profecto necesse sit: ut verba premissa superbie: verbis subiuncte humilitatis impugnet. Nec debitor absolutus est: quod alia non multiplicat: nisi et illa que ligauerat soluat. Ita et cum deo delinquimus: nequaquam satisfecimus si ab iniquitate cessamus: nisi voluptates quoque quas dileximus e contrario lamentis appositis insequamur. Si enim in hac vita nulla operum culpa maculasset: nequaquam hic nobis de gentibus ipsa ad securitatem innocentie nostra sufficeret: quia illi icita animi multa pulsarent. Quia igitur mente securus est qui perpetratis iniquitatibus: ipse sibi testis est quod innocens non est. Neque enim deus nostris cruciatibus pascit: sed delictorum morbos mendicantis contrariis medet: ut qui voluptatibus delectati discessimus: fletibus amaricati redeamus: et qui per illicita defluendo cecidimus: et a licitis nosmet ipsos restringendo surgamus. Et cor quod in sana leticia effuderat salubris tristitia exurat. Et quod vulnerauerat elatio superbie: curet abiectio humilis vite. Hinc enim scriptum est. Dixi iniquis nolite inique agere: et delinquentibus: nolite exalta

re cornu. Cornu quippe delinquentes exaltant: si nequaquam se ad penitentiam ex cogitatione sue iniquitatis humiliant. Hinc rursum dicitur. Cor contritum et humiliatum deus non spernit. Quisquis enim peccata plangit nec tamen deserit cor quidem conterit: sed humiliare contempnit. Quisquis vero peccata iam deserit: nec tamen plangit: iam quidem humiliat: sed tamen conterere cor recusat. Hinc paulus ait. Et hic quidem fuistis: sed abluti estis: sed sanctificati estis. Quia nimirum illos emendatio: vita sanctificat quos per penitentiam ablucens afflictio fletum mundat: hinc petrus cum quosdam terribos malorum suorum consideratione conspiceret: admonuit dicens. Penitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum. Dicitur enim baptisma promissit penitentiae lamenta: ut per aqua sue afflictionis infunderent: et postmodum sacramento baptismatis lauantur. Quia igitur mente qui transactas culpas flere negligunt: viuunt securi de venia: quando ipse sumus pastor ecclesie huic: etiam sacramento ad dendam penitentiam credidit: quod peccata principaliter extinguit. Quod aliter admonendi sunt qui illicita que faciunt et laudant: atque aliter qui accusant praua: nec tamen deuitant. Cap. lv.

Aliter admonendi sunt qui illicita que faciunt etiam laudant atque aliter qui accusant praua: nec

tamen deuitant. Admonendi sunt qui illicita que faciunt etiam laudant ut considerent quod plerumque plus ore: quam opere delinquant. Opere namque per semetipsos solos praua penetrat: ore autem per tot personas iniquitatem exhibent: quot audientium mentes iniqua laudantes docent. Admonendi sunt ergo ut si eradicare mala dissimulant: saltem seminare premeant. Admonendi sunt ut eis perditio praua sufficiat. Rursumque admonendi sunt ut si mali esse non metunt saltem timeant et erubescant videri quod sunt. Plerumque enim dum culpa absconditur effugatur: quod dum mens erubescit videri: quod tamen esse non metuit: erubescit quandoque esse quod fugit videri. Cum vero prauus quisque impudenter innotescit: quod liberior omne facinus perpetrat: eo etiam licitum putat. Et quod licitum suspicatur in hoc proculdubio multiplicius mergitur: unde scriptum est. Peccatum suum sicut sodoma predicauerunt nec absconderunt. Peccatum enim suum si sodoma absconderet: adhuc sub timore peccaret. Sed funditus frena timoris amiserat: que ad culpas nec tenebras requirebat unde scriptum est. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Peccatum quippe in voce est: culpa in actione. Peccatum vero est cum clamore est: culpa cum libertate. At contra admonendi sunt qui accusant praua nec tamen deuitant: ut pro-

uide prouideant: qd in districto dei iudicio pro sua excusatione dicturi sunt: qui de reatu suorum criminum: et semetipsis iudicibus non excusant. Ibi itaque qd aliud quam precones sui sunt: voces pro culpa proferunt et semetipsos opibus reos trahunt. Admonendi sunt ut videant quia de occulta iam retributione iudicij est qd eorum mens: malum quod perpetrat illuminatur ut videat. sed non conatur ut vincat: ut quod melius videt: eo deterius pereat: quia intelligentie lumen percipit: et actionis prave tenebras non relinquit. Nam cum acceptam in adiutorium scientiam negligunt: hanc pro se in testimonium vertunt: et de lumine intelligentie auget supplicia: quod profecto accipiant ut possent delere peccata. Quorum nimirum nequitia cum malum agit quod diiudicat: venturum iam iudicium hic degustat: ut cum eternis supplicijs seruat obnoxia: suo hic iterum examine non sit absoluta: tanto quod illic grauiora tormeta percipiat: quanto hic malum non deserit etiam quod ipsa condemat. Hic enim veritas dicit. Seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens: plagis multis vapulabit. Hinc psalmista ait. Descendant in infernum viuentes: viui quippe que circa illos aguntur sciunt et sentiunt. Mortui autem sentire nihil possunt. Mortui enim in infernum descenderent: si mala nesciendo perpetrarent. Cum vero sciunt mala et faciunt: ad iniquitatis infernum miseri

viuentes sentientesque descendunt.

Qualiter admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur: atque aliter qui culpa ex consilio ligantur. Capitulum. lvi.

Liter admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur: atque aliter qui culpa ex consilio ligantur. Admonendi sunt quos repentina concupiscentia superat: ut in bello vite presentis quotidie sepositos intendant: et cor quod prouidere vulnera non potest scuto solliciti timoris tegat: ut occulta insidiantis hostis iacula perhorrescat: in tunc caliginoso certamine intentione continua intra mentis castra se muniat. Nam si a circumspectiois sollicitudine cor destituit: vulneribus aperitur. Quia hostis callidus tanto liberius corpus percutit: quanto nudum a prouidentia torica deprehendit. Admonendi sunt qui repentina concupiscentia superantur: ut curare terrena nimis desuescant: quia intentionem suam duobus rebus transitorijs immoderatus implicat: quibus culparum iaculis transfigantur ignorant. unde et per salomonem vox percussis et dormientis exprimitur quod ait: verberauerunt me sed non dolui. Traxerunt me et ego non sensi. Quando euigilabo et rursum uina reperia? Mens quippe a cura sue sollicitudinis dormiens verberatur et non dolet: quia sicut imminetia mala non prospicit: sic nec quod perpetraverit agnoscit. Tra

Tertia pars pastoralis

bitur et nequaquam sentit: quia per illi-
citas vitiorum ducitur: nec tamen ad
custodiam sui suscitatur. Que qui-
dem euigilare optat: ut rursus vna
reperiat: quia quis somno torpo-
ris a sui custodia prematur: vigila-
re tamen ad curas seculi nititur: ut se-
per voluptatibus ebrietur. Et cum
ad illud dormiat: in quo solerter vigi-
lare debuerat: ad illud vigilare ap-
petit: ad quod laudabiliter dormi-
re potuisset. Hinc superius scriptum
est. Et eris quasi dormiens in me-
dio mari: et quasi sopitus guberna-
tor amisso clauo. In medio enim
mari dormit: qui in huius mundi te-
ptationibus positus prouidere mo-
tus irruentium vitiorum quasi im-
minentes undarum cumulos negligit:
quasi gubernator clauum amittit:
quando mens ad regendam nauem
corporis: studium sollicitudinis per-
didit. Clauum quippe in mari perde-
re: est intentionem prouidam iter per-
cellas huius seculi non tenere. Si
enim clauum gubernator sollicite stri-
git: modo in fluctibus ex aduerso
nauez dirigit: modo undas calcit:
modo alia prouidens declinat: mo-
do ventorum impetus per obliquum
fundit. Ita mens cum vigilanter: ani-
mam regit: modo alia superans cal-
cat: modo alia prouidens declinat
ut et presentia laborando subijci-
at: et contra futura certamina pro-
spiciendo conualescat: hinc de forti-
bus superne patrie bellatoribus di-

cit uniuscuiusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos.
Esis enim super femur ponitur: quoniam
acumine sancte predicationis pra-
ua suggestio carnis edomat. Per
noctem vero cecitas nostre infirmi-
tatis exprimitur: quia quicquid ad-
uersitatis in nocte imminet non vide-
tur: uniuscuiusque ensis super femur
suum propter timores nocturnos po-
nitur: quia videlicet sancti viri dum ea que
non vident metuunt: ad intentiones
certaminis parati semper assistunt:
hinc rursus sponse dei. Nasus tuus
sicut turris que est in libano. Rem-
nanque quam oculis non videmus: ple-
rumque odore presentimus. Per nasum
quoque odoris fetoresque discernimus.
Quid enim per nasum ecclesie: nisi
sanctorum prouida discretio designa-
tur? Qui etiam turri que in libano
est similis dicitur: quia discreta eorum
prouidentia ita in alto sita est: ut te-
ptationum certamina et prius quam ve-
niant videat: et contra ea dum vene-
rint munita subsistat. Que enim fu-
tura prouident cum presentia fue-
rint minoris virtutis sunt: quod dum
contra ictum quisque paratior red-
ditur: hostis qui se inopinatus cre-
didit: eo ipso quo prouisus est enerua-
tur. At contra admonendi sunt
qui in culpa ex consilio ligantur: qui
tinus consideratione prouida per-
pendant: quia dum mala ex iudi-
cio faciunt: districtius contra se iu-
diciam accendunt: ut tanto eos om-

riora snia feriat: quanto illos in culpa artius vincula deliberationis ligant. Citius fortasse delicta abluerent: si in his sola precipitatione cecidissent. Nam tardius peccatum soluitur quod et per consilium solidatur. Nisi enim mens omnimodo eterna despiceret in culpam ex iudicio non periret. Hoc ergo a precipitatione lapsis: per consilium pereuntes: differunt: quod cum a statu iusticie peccado concidunt: plerumque simul et in laqueus damnationis cadunt. Hic est enim quod per prophetam dominus non tam precipitationum prava: quam delictorum studia reprehendit dicens. Ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea et succedatur: et non sit qui extinguat propter maliciam studiorum vestrorum. Hinc iterum dominus dixit: visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum. Quia igitur a peccatis alijs differunt: peccata que per consilium perpetrantur: non tam prava facta dominus: quam studia prauitatis insequitur. In factis enim sepe infirmitate: sepe negligentia: in studijs vero maliciosa sepe intentione peccatur. Quo contra recte beati viri expressione per prophetam dicitur. Et in cathedra pestilentie non sedit. Cathedra quippe iudicis vel presidentis esse solet. In cathedra enim pestilentie sedere: est ex iudicio prava committere. In cathedra pestilentie sedere: est ex ratione ma-

la discernere: et tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in peruersi consilij sedet cathedra: qui tanta iniquitatis elatione attollit: ut implere malum etiam per consilia conetur: et sicut assistentibus turbis prelati sunt: qui cathedre honore fulciunt: ita delicta eorum qui precipitatione corruunt: exquisita per studium peccata transcendant. Admonendi sunt ergo ut hinc colligant quod in culpa per consilia se etiam ligant: quanta quandoque ultione feriendi sunt qui nunc pravorum non solum socij: sed principes sunt. Quod aliter admonendi sunt qui licet minima crebro tamen illicita faciunt: atque aliter qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauib' demerguntur. Capitulum. lviij.

Liter admonendi sunt qui licet minima crebro tamen illicita faciunt: atque aliter qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauib' demerguntur. Admonendi sunt qui quis in minimis: tamen frequenter excedunt: ut nequaquam considerent quia sed quanta committunt: scilicet non sua si despiciunt timere cum presant: debet formidare cum numerant. Altos quippe gurgites fluminum parue sed innumere replent gutte pluuia. Et hoc agit sentina latenter cresces: quod patenter procella seuiens: Et minuta sunt que erumpunt in membris per scabiem vulnera: sed cum multitudo eorum innumeraliter occupat: sic vitam corporis sicut vnus graue ictus pectori.

Tertia pars pastoralis.

vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est. Qui modica spiritus paulatim decidit. Qui enim minima peccata flere ac deuitare negligit: a statu iustitie non quod est repetere sed perit totum cadit. Admonendi sunt qui in minimis frequenter cadunt: ut sollicite considerent quod nonnumquam in parua deterius quam in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius quia sit culpa agnoscitur eo etiam celerius emendat. Minor vero dum quasi nulla creditur: eo perius quo et securius in usu retinetur unde fit plerumque ut mens assueta malis leuibus nec graua perhorrescat atque ad quandam auctoritatem nequie per culpas nutrita perueniat: tanto in maioribus contentat pertimescere: quanto in minimis didicit non timendo peccare. Et contra admonendi sunt qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauibz demergunt ut sollicite seipos deprehendant: quia dum cor eorum de custoditis minimis extollitur: ad perpetranda grauiora ipso elationis sue baratro deuorat: et dum foris sibi parua subiiciunt: sed per inanez gloria intus itumescunt: languore superbie intrinsecus vitam metes et foris per maiora prosternunt. Admonendi sunt ergo qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauibz demergunt: ne ubi se stare extrinsecus estimant: ibi intrinsecus cadant: et iuxta districti iudicis retributionem: elatio minoris iusticie fiat via ad foueam grauioris culpe. Qui

enim vane elati minimi boni custodiam suis viribus tribuunt: iuste derelicti culpis maioribus obruuntur: et cadendo discunt non fuisse proprium quod steterunt: ut mala inmensa cor reprimant: quod bona minima exaltant. Admonendi sunt ut considerent quod in culpis grauibz alto reatu se obligant: et tamen plerumque in paruis que custodiunt deterius peccant: quod et in illis iniqua faciunt: et per ista se hominibus que iniqui sunt tegunt: unde fit ut cum maiora mala perpetrant coram deo iniquitatis sint aperte: et cum parua bona custodiant coram hominibus simulate scitatis. Hic est enim quod phariseis dicit. Liquantes culicem: camelum autem glutientes. Ac si apte diceretur. Minima mala discernitis: maiora tolleratis et deuoratis. Hic est enim quod rursum ore veritatis increpatur cum audiunt. Decimatis metram et anetum et cimini: et que grauiora sunt legis relinquitis: iudicium: misericordiam et fidem. Necque enim negligenter audiendum est: quod cum decimari minima diceret: extrema quidem de oleribus maluit: sed tamen bene oleria memorare: ut profecto ostenderet quia simulatores cum parua custodiunt: odorem de se ostendere sancte operationis querunt: et quous maxima implere pretermittant: ea tamen minima obseruant: que humano iudicio longe lateque redoleant. Qualiter admonendi sunt qui bona non inchoant: atque aliter qui inchoata

minime consumant. Ca. lviij
 Liter admonēdi sunt qui bo
 na nō inchoant: atq; aliter q̄ icho
 ata minime consumant. Qui enim
 bona nō inchoant: non sūt eis pri
 us edificanda q̄ salubriter diligent
 sed destruenda ea ī quibus semet
 ipsos nequit versant. Neq; enim
 sequūtur q̄ inexperta audiunt nisi
 p̄us q̄ p̄nicioſa sint ea q̄ sibi sunt ex
 perta deprehendant: qz nec leuari
 appetit: qui 7 hoc ipsum qd̄ cecidit
 nescit 7 q̄ dolorē vulneris nō sentit
 salutis remedia nō requirit. Prius
 ergo ostendenda sunt q̄ sint vana
 q̄ diligunt: 7 tunc demum vigilāter
 intīmāda q̄ sint vtilia q̄ p̄termittūt
 Prius videant fugienda q̄ amant:
 7 sine difficultate postmodū cogno
 scant amanda esse q̄ fugiunt. Meli
 us enim inexperta recipiunt: si de
 expertis quicquid disputatiōis au
 diunt veraciter recognoscūt. Tunc
 ergo pleno voto discunt bona vere
 querere: cum certo iudicio deprehē
 derint falsa se vacue tenuisse. Audi
 ant ergo q̄ bona presētia 7 a dilecta
 tione citius trāsitura sint: 7 tamen
 eorum causa ad vltionem sine trāsī
 tu permāsuras: qz 7 nunc qd̄ libet iui
 tis subtrahitur 7 tunc qd̄ dolet inui
 tis in supplitium reseruat. Itaq;
 eisdem rebus terreāt: vt dum p̄cus
 sa mens alta ruine sue damna cōspi
 cit: sese in p̄cep̄s venisse deprehen
 dat: gressum post tergum reuocet:

7 p̄timeſcens q̄ amauerat: discat di
 ligere que contemnebat. Hinc est
 enim q̄ hieremie misso ab p̄redica
 tionē dī. Ecce constitui te hodie su
 per gētes 7 regna: vt euellas 7 de
 struas: 7 dispdas: 7 dissipēs: 7 e
 difices: 7 plantes. Quia nisi prius
 peruersa destrueret: edificare vtili
 ter recta non posset: nisi ab audito
 rum suorum cordibus spinas vani
 amoris euelleret: nimirum frustra
 in eis sancte p̄dicationis v̄ba plā
 taret. Hic est q̄ petr^{us} p̄ri^{us} euertit vt
 postmodū construat: cū nequaq̄
 iudeos monebat quid iā facerent:
 sed de his que fecerant increpabat
 dicens. Jesum naçarenū virum
 approbatū a deo ī vobis virtutib^{us}
 7 p̄digijs 7 signis: que deus p̄ illū
 fecit ī medio vestri sc̄curvos sc̄cis:
 hunc deſinito consilio 7 p̄sciētia
 dei traditū p̄ manus iniquorum af
 fligentes interemistis: que 7 deus
 suscitauit solutis doloribus iferni.
 Ut videlz crudelitatis sue cogitai
 one destructi: edificationē sancte p̄
 dicationis quāto anxie quererēt: tā
 to vtiliter audirent. Unde 7 ilico
 responderunt. Quid ergo faciem^{us}
 viri fratres. Quibus mox dicitur.
 Agite penitētiā 7 baptizetur vnus
 quisq; vestrum. Que edificationis
 verba p̄fecto cōtemnerēt nisi p̄ri^{us}
 salubriter ruina 7 sue destructionis
 inuenissent. Hinc est q̄ saulus cum
 super eum lux diuina celitus emissā

Tertia pars pastoralis

resplenduit: nō iam quid recte dberet facere: s; quid prave feciss; audiuit. Nam cum pstratus req̄reret dicens: q̄s es de? protinus respōdetur. Ego sum Iesus naçaren? que tu persequeris. Et cum repēte subiungeret: domine quid me vis facere? ilico adiungit. Surge et ingrederere ciuitatem: et ibi tibi dicet q̄d te oporteat facere. Ecce domin? de celo loquens psecutoris sui scā corripiciens: nectamē ilico que eēt faciēda monstrauit. Ecce elationis ei? fabrica iaz tota corruerat: et post ruinam suam humilis edificari req̄rebat. Et cum superbia destruitur: edificationis tamē verba retinent: videlic; vt persecutor immanis diu destructus iaceret: et tanto post in bonis solidius surgeret: quāto prius funditus euersus a p̄stio errore cecidiss;. Qui ergo adhuc nulla bona agere ceperūt: a rigiditate antea sue prauitatis correptionis manueuertendi sunt: vt ad statū postmodum recte operationis erigant. Quia et iccirco altum silue lignum succidimus: vt hoc in edificij tegmine subleuemus. S; tamē nō repente in fabrica ponit: vt nimirum p̄t? eius vitiosa viriditas exsiccet. Cuius quo plus in infimis humor excoquit: eo ad summa solidi? leuatur. At contra admonēdi sunt q̄ inchoata bona mime consumant: vt caute considerēt: quia dum p̄po

sita non perficiunt etiā que fuerāt cepta cōuellunt. Si enī qd̄ videt̄ gerendum sollicita itētione nō crescit: et quod fuerat bñ gestum d̄rescit. In hoc quippe mūdo humana anima quasi more nauis cōtra ictū fluminis cōscendentis: vno in loco nequaquā stare permittit: q; ad ima relabit: nisi ad summa conet. Si enim inchoata bona fortis operātis man? ad perfectionem nō subleuat ipsa operādi remissio: q̄ hoc quod operatum ē pugnat. Hinc est enim q̄ per salomonez d̄r. Qui mollis et dissolutus est in opere suo: frater ē sua opera dissipantis. Quia videlic; qui cepta bona districte non exequit̄ dissolutione negligētie manu d̄struentis mutatur. Hinc sardis ecclesie dicit. Esto vigilans et confirma cetera que moritura erāt: nō enim in uēio operatua plena corā dō meo. Quia igit̄ plena coram deo ei? opera iuenta nō fuerant: moritura reliqua etiam que erant gesta predicabat. Si enī qd̄ mortuum in nobis est ad vitam non accēditur: hoc et̄ aextinguitur: qd̄ quasi adhuc viuū tenet. Admonēdi sūt vt p̄pēdat q̄ tollerabili? eē potuiss; rectam viam nō arripe: q̄ arrepta post tergū redire. Nisi. n. retro respicerēt: erga ceptū studium nullo torpore lāguerent. Audiant ergo quod scriptum est. Melius erat eis nō cognoscere viam iusticie: q̄ post cognitionem

verti retro suz. Audiant quod scri-
ptum est: vtinam frigidus ees aut
calidus. Sed quia tepidus es inci-
piam te euomere ex ore meo. Cali-
dus quippe est: qui bona studia et ar-
ripit et consumat. Frigidus vero est
qui summa nec ichoat. Et sicut a
frigore per teporem transitur ad calo-
rem: ita a calore per teporem redit
ad frigus. Quisquis ergo amissio in
fidelitatis frigore vivit: sed nequaquam
tepoze superato excrecit vt ferueat
pauldubio calore temperato: duz
noxio in tepore dmozat agit vt fri-
gescat. Sed sicut ante teporem fri-
gus sub spe est: ita post frigus tepor
in desperatoe. Qui. n. in pctis est con-
uersionis fiducia: non amittit. Qui
vero post conuersionem tepuit: et spe
que esse potuit de pctore subtraxit.
Aut calidus quisque esse aut frigidus
querit: ne tepidus euomat: vt vi-
delicet aut necdum conuersus adhuc
de se conuersionis spe prebeat: aut
iam conuersus in virtutibus iarde-
scat: ne euomat tepidus: qui a ca-
lore quem proposuit: tepore ad no-
xium frigus redit. Qualiter ad-
monendi sunt qui mala occulte agunt
atque aliter qui bona que faciunt ab-
scondunt: et tamen quibusdam factis
publice de se mala opinari permit-
tunt. Capitulum. lix.

Liter admonendi sunt qui ma-
la occulte agunt: et bona pu-
blice: atque aliter qui bona que faci-

unt abscondunt: et tamen quibusdam fa-
ctis publice de se mala opinari per-
mittunt. Admonendi sunt enim qui ma-
la occulte agunt et bona publice: vt
present humana iudicia quanta velo-
citate euolat: diuina autem quanta imo-
bilitate perdurat. Admonendi sunt
enim vt in fine rerum: mentis oculos si-
gant: quia humane laudis attestatio
preterit: et superna sententia que et abscon-
dita penetrat ad retributionem ppe-
tuam conualescit. Dum igitur occul-
ta sua mala diuinis iudiciis: recta
autem sua humanis oculis antepo-
nunt: et sine teste est bonus quod publi-
ce faciunt: et non sine eterno teste est
quod latenter deliquit. Culpas
itaque suas occultando hominibus
virtutesque padendo et vnde puniri
debeat abscondendo detegunt: et vnde
remunerari poterant detegentes
abscondunt. Quos recte sepulchra
dealbata speciosa exterius: sed mor-
tuorum ossibus plena veritas vocat:
quia vitiorum mala intus coregunt: huma-
nis vero oculis quorundam demonstra-
tione operum de solo foris iusticie colo-
re blandiunt. Admonendi itaque sunt
ne que agunt recta despiciant: sed ea me-
riti melioris credant: valde namque
male bona sua diiudicant: qui ad
eorum mercedem sufficere huma-
nos fauores putant. Cum enim
pro recto opere: laus transitoria
queritur: eterna retributione res
digna vili precio vendatur. De quo

Tertia pars pastoralis.

videtis percepto precio veritas dicit
Amen dico vobis receperunt mer-
cedem suam. Admonēdi sunt vt cō-
siderent qz dum se in occultis exhibent:
sed tamē exempla de se publice
in bonis operibus prebēt: ostē-
dunt: sequēda que fugiunt: clamāt
amāda que oderāt: viuūt postreō
alijs: z sibi moriuntur. Admonēdi
sunt qui bona occulte faciunt: z ta-
men quibusdam factis publice d se
mala opinari permittūt: ne cum se
metipsos actionis recte virtute vi-
uificant: in se alios per exemplum
proue estimationis occidant: ne mi-
nus q̄ se proximos diligant: z cum
ipsi salubrē potū vini sorbeāt: itētis
in sui consideratione mentib⁹ pesti-
ferū venēi poculū fūdāt. Ibi nimirū
i vno primoꝝ vitā min⁹ adiuuāt
in altero multū grauāt: duz studēt
z recta occulte agere: z quibusdam
scis ad exemplum de se praua semi-
nare. Quisquis enim laudis concu-
piscenciam calcare iam sufficit: edi-
ficationis fraudem perpetrat: si bo-
na que agit occultat: z quasi iacta-
to semine radices germinandi sub-
trahit: qui opus qd̄ imitandū ē nō
ostendit. Ibi nāqz in euangelio ve-
ritas dicit: videant opera vestra bo-
na: z glorificent p̄m vestrum q̄ in
celis est: vbi illa quoqz snia premit-
tit: que longe aliud precepisse vide-
tur dicens. Attendite ne iusticiā ve-
stram faciatis corāz hominibus vt

videamini ab eis. Quid ē ergo. Qd̄
opus nostrum ē ita faciēduz est ne
videatur: z tamen vt debeat videri
precipitur: nisi q̄ ea q̄ agimus z oc-
cultanda sunt ne ip̄i laudemur: z ta-
men ostēdenda sunt: vt laudes eter-
ni p̄is augeamus. Naz cum nos
iusticiam nostram corāz hominibus
facere prohiberet: ilico adiun-
xit: vt videamini ab eis. Et cuz rur-
sus videnda ab hominibus bona
opera nostra preciperet: prius sub-
didit: vt glorificent p̄m vestrum
qui i celis est. Qualiter igitur vidē-
da eēt vel qualiter nō videnda: ex
sniarum fine mōstrauit: quatinus
operantis mens opus suum z pro-
pter se videri non quereret: z tamē
hoc propter celestis p̄is gloriā nō
celaret: vnde fit plerūqz vt bonum
opus ē in occulto sit cum sit publi-
ce. Et rursus i publico cum agit i
occulto. Qui n. i publico bono ope-
re nō suam sed superni patris glo-
riā q̄rit: qd̄ fecit abscondit: qz illū so-
lum testem habuit cui placere cura-
uit. Et qui i secreto suo bono opere
deprehendi ac laudari cupiscit: z
null⁹ fortasse vidit quod exhibuit:
z tū hoc corāz hoib⁹ facit: qz tot te-
stes secū i ope bono duxit quot hu-
manas laudes i corde req̄ fuit. Cū
vero praua estimatio inquātum si-
ne pctō valet ab intuentium mente
nō tergit: cūctis mala credentib⁹
per exēplum culpa propinatur: vñ

de 2 plerūq; contingit: vt qui de se negligēter mala opinari permittūt per semetipsos quide; null. iniqua faciāt: s; tamē per eos qui se imitati fuerint multiplicius delinquātur. Hinc est q; paulus imūda quedā sine pollutione comedentibus: sed ī perfectis temptationis scādalum sua hac comestione mouētibus: dicit: videte ne forte hec vestra leticia offendiculum fiat infirmis. Et rursum. Et peribit infirmus in tua conscientia frater: propter quem xp̄s mortuus est. Sic autem peccantes in fratres 7 percutientes cōscientiam eorum infirmam in xp̄s peccatis. Hinc cum moyses diceret nō maledices surdo protinus adiunxit. Neccoram ceco pones offendiculum. Surdo quippe maledicere est absentī ac nō audiētī derogare. Coram ceco vero offendiculum ponere: est discretam q̄des rem agere sed tamen ei qui lumen discretiōis non habet; scandali occasionem prebere. De exhortatiōe multis adhibenda: vt sic singulorū virtutes adiuuet quatinus per hanc contraria virtutib; nō excrecant. Cap. lx.

Et sunt que presul animarū in predicationis diuersitate custodiat: vt sollicitus congrua singulorum vulneribus medicamina opponat. Sed cum magni sit studij vt exhortandis singulis feruatur ad singula: cum laboriosum sit

vnūquēq; d. pprijs sub dispensatione debite considerationis instruere: longe laboriosius est tamē auditores innumeros: ac diuersis passionibus laborantes: vno eodēq; tempore voce vnus 7 cōmunis exhortatiōis admonere. Ibi quippe vox tanta arte tempanda est: vt cum diuersa sint auditorum vitia: 7 singulis inueniatur congrua: 7 tamen si bumetipsi non sit diuersa: vt inter passiones medias vno quidem ductu transeat: sed more bicipitis gladii tumores carnalium cogitōū ex diuerso latere incidat: quatinus sic superbis predicetur humilitas: vt tamen timidis non augeatur metus. Sic timidis infundat auctoritas: vt tamē superbis nō crescat effrenatio. Sic ociosis ac torpētibus predicetur sollicitudo boni operis vt tamen inquietis non augeatur imoderate licentia actionis. Sic inquietis ponatur modus: vt tamen ociosis non fiat torpor securus. Sic ab impatientibus extinguat ira: vt tamen remissis ac lenibus non crescat negligētia. Sic lenes accēdantur ad celum: vt tñ iracūdis nō addat incēdiū. Sic tenacib; infundatur largiēdi largitas: vt tñ pdicis effusiōis frena nō relaxē. Sic pdicis pdicet pietas: vt tñ tenacibus peritura rex custodia nō augeatur. Sic p̄tinētibus laudetur cōiugū: vt tñ iā p̄tinētes nō reuocē

ad luxum. Sic p̄tinentibus laudet
virginitas coeporis: vt tamē i con
fugio positis nō fiat despecta secū
ditas carnis. Sic p̄dicāda sunt bo
na: ne ex latere iuuēt z mala. Sic
laudāda sūt bona sūma: ne despici
ant vltima. Sic nutrienda sunt vl
tima: ne dum credunt sufficere: ne
quaq̄ tēdat ad sūma. De exhor
tatōe que vni adhibēda ē p̄rijs pas
sionibus laborāti. *Ca. lxi.*

L grauis quidez predicator
ri labor ē in cōi z predicationis
voce ad occultos singulorū mo
tus: cāsque vigilare z palestrarum
more in diuersilateris arte se verte
re: multo tamē acriori labore fatiga
tur: quādo vni z p̄trarijs vitijs ser
uiēti predicare cōpellitur. Plerūqz
enim quis lete nimis complexiōis
existit: s; tamē eū repente aborta tri
sticia immaniter deprimit. Eurādus
itaqz est predicatori quatin⁹ sic ter
gat tristicia q̄ venit ex tēpore: vt nō
augeat leticia q̄ suppetit ex cōple
xione: z sic frenetur tristicia que ex
complexione ē: vt tamē non crescat
tristicia q̄ vēit ex tpe. Ille grauaf
vsu imoderate p̄cipitatōis: z aliqñ
tamē ab eo qđ festie agēdū ē: cum
vis p̄pedit subito nate formidinis.
Ille grauaf vsu imoderate formidi
nis: z aliqñ tamē i eo qđ appetit te
meritate ipellit p̄cipitatōis. sic ita
qz i isto rep̄imat subito aborta for
mido: vt tamen nō crescat enutrita

diu p̄cipitatio. Sic in illo reprima
tur rep̄te aborta p̄cipitatio: vt ta
mē nō p̄ualecat ipressa ex comple
xione formido. Quid mirū si mētū
um medici ista custodiūt: dū tāta di
cretiōis arte se tēpāt q̄ nō corda s;
corpa medēt? Plerūqz. n. d̄bile cor
pus opp̄mit lāguoz imanis: cui lā
guoz. s. obuiari adiutorijs fortib⁹ d̄z
s; corp⁹ debile adiutorij forte nō su
stinet. Studet igit q̄ medet: qua
tin⁹ sic superistentē morbū subtra
bat: vt nequaq̄ supposita corporis
debilitas crescat: ne fortasse lāguoz
cum vita deficiat. Tāta ergo adiu
torij discretō cōponit: vt vno eo
dēqz tpe: z lāguoz obuiet z d̄bilita
ti: si ergo medicina corporis indiui
se adhibita: seruire d̄sibiliter p̄t:
tunc enim vere medicina ē: quādo sic
p̄ eā vitio superistenti succurrit: vt
ēt supposite cōplexiōi seruiat: cur
medicia mētis vna eadēqz p̄dica
tōe apposita: mox morbis ordine
diuerso obuiare nō valeat: q̄ tanto
subtilior agit: quāto de inuisibilib⁹
tractat? Quādo aliquādo leuioza vi
tia relinquēda sūt: vt grauiora sub
trahant. *Capitulū. lxiij.*

Ed qz plerūqz dū duoz vi
tiorum lāguoz irruit: hoc le
uius illud grauius fortasse p̄mit: ei
nimiz vitio recti⁹ sub celeritate sub
uenit: p̄ qđ festine ad iterūm ten
ditur. Et si hoc a vicina morte re
stringi non potest: nisi illud etiā qđ

existit prius crescat: tolerandum predicatori est: ut per exhortationes suam artificioso moderantia unum patiatur crescere: quatinus possit aliud a vicina morte retinere quod cum agit non morbum exaggerat: sed vulnerati cui medicamentum adhibeat vitam suam: ut exquirende salutem congruum tempus inueniat. Sepe enim quis a ciborum ingluvie se minime temperat: iam iamque pene superantis luxurie stimulis permittit a huius pugne metu territus: dum se per abstinentiam restringere nititur: inanis glorie temptatone fatigatur: in quo nimirum unum vitium nullatenus extinguit: nisi aliud nutriat. Que igitur pestis ardentius insequenda est: nisi que periculosius premitur. Tolerandum quippe est ut per virtutem abstinentie interitum arrogantiam contra viventem crescat: ne cum per ingluviem funditur luxuria a vita extinguat. Hinc est quod paulus cum infirmum auditorem suum perpederet: aut prava adhuc velle agere aut de actione recta humane laudis retributione gaudere ait: vis non timere potestatem: fac bonum et habebis laudem ex illa. Neque enim ideo bona agenda sunt: ut potestas huius mundi nulla timeatur: aut per hoc gloria transitorie laudis sumatur. Sed cum infirmam mentem ad tantum robur ascendere non posse pensaret ut et pravitatem simul vitaret et laudem predicatores egregius ei admonendo aliquid obtulit: et aliquid tulit. Con-

cedendo enim leuita subtraxit acriter: ut quia ad deserenda cuncta simul non assurgeret: dum in quodam suo iudicio animus familiariter relinquitur: a quodam suo sine dolore tolleretur. Quod infirmis mentibus: non debet omnino alta predicari. Ca. lxxij.

Sciendum vero est predicatori: ut auditoris sui animum ultra vires non trahat: ne ut ita dicam duris plusquam valet teditur chorda mentis rumpatur. Alta etenim queque debent multis audientibus contegi et vix paucis aperiri. Hinc namque per semetipsam veritas dicit. Quis putas est fidelis servus et prudens: quem constituit dominus super familiam suam ut det illis in tempore tritici mensuram. Per mensuras quippe tritici exprimitur modus verbi: ne cum angusto cordi incapabile aliquid tribuit: extra fundatur. Hinc paulus ait. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in christo lac vobis potum dedi non escam. Hinc moyses a secreto dei exiens coruscantem coram populo faciem velat: quia nimirum turbis claritatis intime archana non indicat. Hinc per eum voce divina precipitur: ut is qui cisternam foderit: si operire neglexerit: corruentis in eam bouis vel asini precium reddat. Quia ad alta scientie fluentia perueniens cum hec apud bruta audientium corda

Quarta pars pastoralis

non cōtegit pene reus adiicitur: si per verba eius in scādalu sine mūda seu mēs immūda capiatur. Hic ad beatum iacobum dicitur. Quis dedit gallo intelligētiā. Predicator etenim sanctus: dū caliginoso hoc clamat i tempore: quasi gallus cantat cum dicit. Hora est iam nos de somno surgere. Et rursus. *Enigilate iusti z nolite peccare.* Gallus aut in profundioribus noctis horis alios edere cātus solet: cum vero matutinū iam tempus in proximo est: minutas ac tenues voces format: quia nimirum qui recte predicat obscuris ad hec cordibus aperta clamat: nūc d' occultis misterijs iudicat ut tunc subtiliora queq; de celestib' audiant cū luci veritatis appropinquāt. De ope predicatoris z voce. *Capitulum. lxxiiij.*

Ec de voce galli diximus: s; inter hec ad ea que iam superius dixim' charitatis studio retorquamur: ut predicator quisq; plus actibus q̄ vocibus insonet: z bene viuendo vestigia sequacibus imprimat: priusq̄ loquendo quo gradiatur ostendat: quia z gallus iste quē pro exprimenda boni pdicatoris specie in locutione sua dominus assumit: cum iam edere cantus parat: prius alas excutit: z semetipsus feriens vigilantiorē reddit: quia nimirum necesse est: ut q̄ bona verba sancte predicationis monēt: pri'

studio bone actionis euigilēt: ne in semetipsis torpentes opere: alios excitēt voce. Prius se per sublimia facta excutiant: z tunc ad bene viuēdum alios sollicitos reddāt. Prius cogitationū alis semetipsos feriant et quicquid in se inutiliter torpet: sollicita inuestigatione reprehendāt: districta animaduersione corrigant z tunc demum aliorum vitā loquendo cōponant. Prius punire propria veris fletibus curent: et tunc que aliorum sunt puniēda denuncient: z anteq̄ verba exhortationis insonent: omne quod locuturi sunt opib' clamēt. *Explicit tertia pars huius opis. Incipit quarta pars: qualiter pactis rite omnibus predicator ad semetipsus redeat. Capitulum. lxxv.*

Ed quia sepe dū predicator modis congruentibus vbertiz fundit: apud semetipm de ostensione sui occulta leticia loquētis animus subleuatur: magna cura necesse est timoris laceratione se mordeat: ne qui aliorum vulnera medēdo ad salutem reuocat: ipse negligentia sue salutis intumescat: ne proximos iuuādo se deserat: ne alios erigens cadat. Nam quibusdā sepe magnitudo virtutis: occasio perditionis fuit: ut cū de confidentia virium inordinate securi essent: per negligentia iopiate morerētur: virtus nāq; dū vitijs remittit: quadam

delectatione ei⁹: sibi metipsum animum⁹
blandit. Fitque ut bene agens mens
metum sue circumspectionis abiciat:
atque in sui confidentia securam quie-
scat: cui iam torpenti seductor callidus
omne quod bene gessit enumerat:
eaque quasi preceteris prepollentem in
tumore cogitationis exaltat: unde agi-
tur ut ante iusti iudicis oculos: fo-
nea mentis sit memoria virtutis: qua
renuiscendo quod gessit: dum se apud
se erigit: apud humilitatis auctorem
cadit. Hinc namque superbiendi ante deum.
Quo pulchrior es descende. Ac si
aperte diceret. Quia ex virtutum
decore te eleuas: ipsa tua pulchritudi-
ne impelleris ut cadas. Hinc sub hie-
rusalem spe virtute superbiens aia
reprobat cum deo. Perfecta eras in
decore meo quem posueram super
te: dicit dominus: et habes fiducia
in pulchritudine tua fornicata es in
nomine tuo. Fiducia quippe ani-
ma sue pulchritudinis attolitur cum
de virtutum meritis leta apud se se-
curitate gloriatur. Sed per hanc eadem
fiduciam ad fornicationem ducitur
quia cum interceptam mentem cogi-
tationes sue decipiunt: hanc mali-
gni spiritus per innumera vitia sedu-
cendo corrumpunt. Notandum vero
quod dicitur. Fornicata es in nomine
tuo. Quia cum respectum superni
reitoris mens deserit: laudem pro-
tinus peruatam querit et sibi incipit ar-
rogare omne bonum: quod ut largito-
ris preconio seruiret accepit. Opinio

nis sue gloriam dilatare querit et satagit
ut mirabilis cunctis innotescat. In
suo ergo nomine fornicatur: quod lega-
lis thori connubium deserens: corru-
ptori spiritui in laudis appetitu sub-
sternitur. Hinc dauid ait. Tradi-
dit in captiuitatem virtutem eorum:
et pulchritudinem eorum in manus
inimici. In captiuitatem enim et vir-
tus et pulchritudo in manus inimici
tradit: cum decepte menti antiquus
hostis ex boni operis elatione domina-
tur. Que virtutis elatio quis ple-
ne non superat: utcumque tamen et electo-
rum animam sepe temptat. Sed cum
subleuatur destituitur: destitutus ad
formidinem reuocatur. Hinc enim da-
uid iterum dicit. Ego dixi in abun-
dantia mea non mouebo in eter-
num. Sed quia de confidentia vir-
tutis intumuit: paulo post quid per-
tulit adiunxit. Auertisti faciem tu-
am a me: et factus sum conturbatus.
Ac si aperte dicat. Fortem me iter
virtutes credidi: sed quate infirmi-
tatis sum derelictus agnouit. Hinc
rursum dicit. Iuravi et statui custo-
dire iudicia iusticie tue. Sed quia
eius virium non erat manere in cu-
stodia quam iurabat: debilitatem
suam protinus turbatus inuenit:
unde et ad precis opem repente se
contulit dicens. Humiliatus sum
usquequaque: domine viuifica me secundum
verbum tuum. Nonnunquam vero su-
perna moderatio prius quam per mu-
nera puebat: infirmitatis memoria

ad mentem reuocat: ne de acceptis
virtutibus intumescat. Unde et eze-
chiel propheta quoties ad templum
da celestia ducitur prius filius ho-
minis vocat. Ac si hunc dominus a-
perite admoneat dicens: Ne de his
que vides in elatione subleues cor:
cantis perpende quod es: ut cum summa
penetras: esse te hominem recogno-
scas: quatinus dum ultra te rape-
ris: ad temetipsum sollicitus infirmi-
tatis tue freno reuocaris. Unde ne-
cesse est ut cum virtutum nobis co-
pia blanditur: ad infirma sua ocu-
lus mentis redeat: seseque salubri-
ter deorsum premat: ne recta que e-
git: sed que agere neglexit aspiciat:
ut dum cor ex memoria ipsi miratis
atteritur: apud humilitatis auctorem
robustius in virtute solidetur. Quia
et plerumque omnipotens deus in-
circo rectorum mentes: quous ex ma-
gna parte perficiat: imperfectas ta-
men ex parua aliqua parte derelin-
quit: ut cum minus virtutibus ruti-
lant: imperfectionis sue tedio tabe-
scant: et nequaquam se de magnis eri-
gant: cum adhuc contra minima in-
nitentes laborent. Sed quia extre-
ma non valent vincere: de precipu-
is actibus non audeant superbire.


*Ece bone vir reprehensiois
mee necessitate compulsus dum
monstrare qualis debeat esse pastor
in uigilo: pulchrum depinxi hominem
pictor sedus. Aliosque ad perfectionis*


litus dirigo: qui adhuc in delicto-
rum fluctibus versor. Sed in huius
queso vite naufragio: orationis tue
me tabula sustine: ut que pondus
proprium deprimit: tui meritima-
nus leuet. Amen.

Ad laudem domini nostri Iesu christi
et omnium sanctorum et sanctarum:
Liber pastoralis sancti Gregorii pa-
pe: quem ad Joannem Rauenne
archiepiscopum conscripsit: et ma-
gnus Anastasius postea de latino
in grecum transtulit explicite feliciter.
Venetijs per Hieronymum de Da-
ganinis Brixiensem sollicitum et ad in-
star emendatissimi exemplaris impres-
sus. Anno domini millesimo qua-
dringentesimo nonagesimo secun-
do: Idibus decembris.









Sau.

DIPUTACIÓ DE BARCELONA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 478.562

Sig. 1411

May 253-8°

BIBLIOTECA DE CATALUNYA



1001961175

